

1337  
34346  
1a

Notas

Ley  
f2a  
verso

20 - 25 - 2



10

34346

num. 30. cap. 7. num. 11.



616673116

SATYRÆ  
EQUITIS DOMINI  
FRANCISCI

BOTELHO DE MORAES ET VASCONCELOS,

ACADEMICI REGII HISPANÆ  
*Regalis Academia ab semper Augusto  
REGE HISPANIARUM  
Matriti erecta.*

CUM NOTIS ET ARGUMENTIS  
DOCTORIS DOMINI  
JOANNIS

GONZALEZ DE DIOS,

IN SALMANTICENSE ACADEMIA PRIMARII  
*Humaniorum Literarum Magistri.*

\*\*\*\*\*  
SUPERIORUM PERMISSU.

SALMANTICÆ: APUD NICOLAUM  
JOSEPHUM VILLARGORDO, & ejus sumptibus.  
Anno 1741.



Biblioteca Regia Coll. Salmant. Soc. Jesu.

DOMINO BALTHASARI DE MORAES  
PIMENTEL SA ET SARMENTO,  
NOBILI DOMUS REGIÆ,  
ET IN MILITARI CHRISTI ORDINE EQUITI,  
EJUSDEN ORDINIS EQUES  
**FRANCISCUS BOTELHO**  
DE MORAES ET VASCONCELOS,  
SALUTEM ET PROSPERITATEM.



ULLA unquam tempora (Vir Nobilissime ) prudentiora adulandi extiterunt quam nostra. Nil nobis medium inter silentium & adulacionem superest : Aut adulandum est , aut reticendum . Eoque inverecundiæ procedunt assentatores , ut Posteritati imponant , & Regiam indolem Regnantum perniciabilem reddant . Nocentissimos bipedum exoso , confugiendum mihi fuit ad ingenuum Satyrarum molimen . Sicut unus saltem qui evadat expatiatum vi- lissimi contagii Cataclysmo , & veluti su- pe-

pereminentis Parnassi vertex , submersum  
aspiciat & despiciat Mundum . De servi-  
liter naufragis eadem profero quæ de Fœ-  
minis Hippolytus in Tragœdia :

*Deteſtor omnes, horreo, fugio, execror,  
Sit ratio, sit natura, sit dirus furor,  
Odiffe placuit.*

In librum Opus excrevit ; quem ( ut si-  
militer alios jam dudum editos ) per otium  
exegi ; nam mihi nullæ scribendi curæ aver-  
runt somnos . Otium diligo , factum iner-  
tius & contumacissimum ab au-<sup>torum</sup> torum ha-  
bilium inopia . Delicatiora Ingenia has Sa-  
tyras non fastiditis annumerant carmini-  
bus . Retusæ mentis , orisque duri audaciſ-  
simus quisque promptiūs judicabit . Sunt  
evidem̄ tot sententiæ quot capita , & ubi  
minus capit is ibi plus sententiæ .

Veto & abominor versutas interpre-  
tationes ; & obsequens nominibus cuius-  
cumque ordinis , distichon Martialis epif-  
tolæ meæ transcribo :

*Hunc servare modum nostri novere libelli,  
Parcere personis, dicere de vitiis.*

Scias

Scias tamen , omnia vīta , omnesque  
eventus a Satyris nostris damnatos , vera  
vīta & veros esse eventus . Sed artis fuit  
omnia digerere per circuitus & ambages ,  
ne malignè scrutantibus reorum dignitas  
aut nomina innotescerent .

Sunt qui libros , præeunte fumosa &  
mendacissima thuris profusione , rivalibus  
Deorum defacrare consueverint . Sed pro-  
cul estote , arduæ Dēspotum aures ; nam  
facile , nec inulti , lāduntur animi quibus  
cuncta adsunt , & quos ( ut sibi arrogant )  
vel sæva decent . Hinc causas habuit ( Vir  
iterum atque iterum nobilissime ) ut te dig-  
num & egregium Mœcenatem cooptarim .  
Si enim stirpem respicio ( & libenter , nam  
nos consanguinitas olim & genus , deinde  
morum similitudo & amicitiæ ligamina  
conjunxerunt ) progeniem deducis a præ-  
claro Joanne Calvo de Moráes , in Gal-  
lecia Domino magni Castelli de Pico sacro ,  
juxta Divi Jacobi civitatem ; nec non &  
aliorum in Galleciæ & Castellæ ditionibus .  
Erat namque inclytus Joannes generosa

pro-

*prædicto*  
proles memorabilis Laíni Calvi , unius ex  
Principibus , qui sub nomine *Judicum Regali* & suprema potestate antiquæ Hispaniæ imperitarunt. Ab illius nepote Joanne Calvo de Moráes , qui tibi sextus est  
Avus , Majores tuos numeras , virili serie  
nunquam interrupta . Omnesque in Lusitania Nobiles Domus Regiæ alterum duorum majoratum de *Tuizello* ( ut lautè possides ) splendida vicissitudine possederunt . Si additam per Matronas nobilitatem , &  
si Virorum nunquam tacenda recensere vellem facinora , nimis longum facerem . Ideò nec Virtutes tuas memorabo ; scilicet Pietatem , Constantiam , Eloquentiam , & eruditioinem , in alio etiam fama conspicuo non frequenter coëuntes . Certè ab omnibus laudaris , exemplar editus qualiter indignata noctem celsiora Nobilitatis clarescere debeant luminaria .

Accipe igitur Parnassios fructus . Et diverberans secula culpæ feracissima , legatur apud nostros Satyrica Poësis . Minerint , nobiles & strenuos Viros , liber-

Bertatem & elatos spiritus , minimèque ceterim assentationum decere spurciem . Libertate & Virtutibus astra petiere Camilli , Fabii , Catones , Scipiadæ , & reliqui libertatis assertores .

Vale ; & Musarum sodalitio placide , & utiliter fruere .



D. JOANNIS PERALBO D'EL CORRAL IN  
*Salmanticensi Academia Collèga Trilinguis , Rhetorices , Graeceque lingue , ac utriusque iuris Professoris Judicium .*

**J**USSU Supremi Senatus perlegi hunc Librum  
*Equitis Domini Francisci Botelho de Moráes*  
*& Vasconcelos* : nec in eo quicquam inventi , quod sit legibus , cùm divinis , tum humanis , aut bonis moribus contrarium . Imo verò omnia in eum tendunt finem , ut profligatis vitiorum monstris , homines ad sobriè , honesteque vivendum traducantur . Id , quod ea perspicuitate Author præstat , ea elegantia , & proprietate verborum , ea sententiarum pondere , ea metri suavitate , ac concentu , ea lepore , ea sale , ut Virtutis præclara spe ,



species vivis expressa coloribus ad se appetendam quemque rapiat vel fastidiosissimum. Contra vero Vitii turpitudo, sordida ejus detecta facie, terreat, conturbet, abigat. Nimurum sive singulas cujusque Satyræ seorsim contempleris partes, sive universum ex confusis & inordinatis rebus ordinatè compactum corpus, nihil plane in eo deprehenderis quod non sit rite ad difficiles Satyricæ Poëseos leges, ac regulas exactum. Sed tamen inter ceteras, quas Scriptor ostendit virtutes, maiorem mihi admirationem movit germana illa Latinæ elocutionis puritas, & concinnitas. Hoc certè has Satyras maximè, mea quidem sententia, commendat, easque dignas reddit, quibus vel Primarius noster suas Annotationes adjecerit. Has quod attinet diganas vicissim judico, quæ tali operi adscribantur. Nam ut vulgo circumfertur Οὐμοίον οὐμοίᾳ Φίλον.

Quapropter totum hunc Librum dignum censorio, qui protinus ad publicam utilitatem evulgatur. Ex Imperiali nostro Trilingui Collegio, &c.

D. Joannes Peralbo d'el Corral.

#### SUMMA DE LA LICENCIA D'EL CONSEJO.

TIENE Licencia d'el Real, i Supremo Consejo de Castilla, el Caballero Don Francisco Botelbo de Moráes i Vasconcelos, o la persona que su poder tuviere, para que pueda imprimir, i vender un libro, cuyo titulo es *Satyræ Equitis Domini Francisci Botelbo de Moráes & Vasconcelos*, compuesto por el dicho. Coasta de la Licencia original, que párá en poder d'el Author.

CEN-

CENSURA D. JOSEPHI SANCHEZ HERNANDEZ, Collegii Trilinguis apud Salmantenses alumni Rhetorices, Græcæ Lingue, Jurisque Cæsarei Professoris.

INJUNCTUM mihi Censoris munus ab Domino Gregorio Ortiz Caboza, Salmantinæ Dioœesis Vicario Generali, &c. maxima cum voluptate suscepit. Nam multis abhinc diebus ambieram aliquid quoque opellæ meæ in Equitis Domini Francisci Botelhi gratiam impendere: qui relicta patria, aliisque, quas peragravit, Regionibus, in Urbe nostra sedem suam fixit. Ut videlicet Cultor Musarum, inter Musas laudabiliter humanus decedat.

Scriptis Persius tota ipsius vita sexcentos sexaginta quatuor versus ( major numerus in Persii Libro non apparet ) neque alia opera molitus fuit, teste Quintiliano. Botelhus vero, paucis diebus ( notissima & laudatissima sunt reliqua ejus opera ) mille ter centum sexaginta novem hexametris hunc Librum instruxit, certè aureum, & tanto Viro dignissimum. Hoc Primarius etiam noster pronuntiat in suis Notis, quas eleganti calamo exaravit. Nec ab eadem sententia recedit alter Primarius & Magister meus Doctor Dominus Emmanuel Peralbo d'el Corral, ut ab ipso sèpè inter domesticas exercitationes audivi.

Quo circa cum hoc volumen omnibus numeris sit absolutum, & nullam in Satyris, aut Notis, contineat vocem Catholicæ Fidei absconam, vel morum nostrorum simplicitate deviam, typis excudentum puto, quo possit publica utilitati prodelle. Ex nostro Imperiali Trilingui Collegio, &c.

D. Josephus Sanchez Hernandez.

LI-

LICENCIA D'EL ORDINARIO.

NOS el Licenciado Don Gregorio Ortiz Cabeza, Avogado de los Reales Consejos, Protonotario Apostolico, Juez in Curia, i uno de los feis d'el Numero, i Tribunal de la Nunciatura de su Santidad en estos Reinos de Hespaña, Provisor, i Vicario General d'esta Ciudad de Salamanca, i su Obispado, por el Ilustrissimo Señor Don Joseph Sancho Granado, por la gracia de Dios, i de la Santa Sede Apostolica, Obispo d'esta Ciudad, i Obispado, d'el Consejo de su Magestad, &c.

Por la presente damos Licencia, permiso, i facultad à Nicolás Joseph Villargordo i Alcaráz, para que à su costa, sin incurrit en pena alguna, pueda reimprimir el presente Libro, intitulado *Satyre Equitis Domini Francisci Botelho de Moráes & Vasconcelos*, attento, que de nuestro orden ha sido visto, i examinado, i no contiene cosa que impida esta Licencia. Dada en Salamanca, &c.

Lic. D. Gregorio Ortiz Cabeza,  
Vic. Gen.

Por mandado de su Merced;  
Pedro Vicente.

SUMMA DE LA TASSA.

TASSARON los Señores d'el Real, i Supremo Consejo de Castilla este Libro, intitulado, *Satyre Equitis Domini Francisci Botelho de Moráes & Vasconcelos*, à seis maravedis cada pliego en papel, como más largamente consta de su original, que pára en poder d'el Author.

SA.

LIBRATOR ZTIIUQE Pag. I



# SATYRARUM

EQUITIS DOMINI FRANCISCI BOTELHO  
DE MORAES ET VASCONCELOS

## LIBER UNICUS.

### PROLOGI ARGUMENTUM.

EXECRATUR POETA VERSUS LASCIVOS,  
Obiter alia. Afferit omnes Virtutes unam  
esse Prudentiam. Satyras denique commendat,  
veluti animorum tutamina, &  
Honesti cultrices.

### PROLOGUS.

OSCITUR à Doctis Author si Juppiter,  
atque Humanæ Sortes Comoedia, Terra thea-  
trum,  
Totque Homines scurræ, Marcus ( me judi-  
ce ) Mundi  
Primus Homo est; Illum Superi evexere jo-  
cantes.  
5. Dum te, per fati blanditus, conglobat aurum



## EQUITIS BOTELHI

In gazam scelerosi ( o laus præclara ! ) repente  
Abjicitur pauper Marcus : pravè arsit in Afra .  
Non Afra prælata Venus , si credis amanti .  
Nec magis irradiat , Junoni imperdita diræ ;  
10 Axe Paratonio pellex exuta juvencam .  
Non Pallas placuissest ovans , non fortè Diana ,  
Pulcra triumphatis referens vestigia sylvis .  
Quæ non pro turpi consumsit munera voto ?  
Quisve modus mensis ? Oneravit prodigus  
auro  
15 Et gemmis scortum . Donec pannosus & ex-  
pes .  
Ad mendicatam meruit descendere conchem .  
Tantum de stolido licuit vulvæ ! Fugat illum  
Afra lena Parens , aliis venditque venustam .  
Se super ipse dedit quod gestat filia ; sed  
quos  
20 Se super exagitat , Mater dat . Ridet egenum  
Et Genitrix , & nata . Jugo nexuque doloso  
Non pudor abjunxit miserum , sed turpis  
egestas .  
Vilius incaluit Laufejus ; namque potiti  
Scortis , Marcus opes contemnit , at alter  
honorem .  
25 Judex & dives nostra venerabilis Urbe  
Gallam amat , & duxit ; latus vilesque sa-  
gittas ,  
Atque pati immundos Hymenæos , & juga  
vera .  
Publicus est Rector Laufejus , publica conjux ,  
Assiduique patent , nullisque rogatibus ob-  
stant ,

30 Uræ

## PROLOGUS.

3

30 Urbi habiles ambo . Populis dat jura Maritus ,  
Dat populis Coniux . Urbs ridet læta duobus .  
Unde hæc fœda lues ? Dicam . Lasciva le-  
guntur  
Carmina . GIGNIT humus similes sibi ; ut at-  
dua fortes ,  
Sic tenera imbelles : Versus quoque præstat  
utrumque .  
35 Naso , decus vivax Aganippidos , altaque  
Pindi  
Gloria , cui totas dant sacra cacumina lauros ;  
Exul abis ; mollisque tuis à veribus , iram  
Fortunæ tolerare nequis ; magnisque trophæis  
Heroum , & magnæ Virtuti debita tantum ,  
40 Fœmineo plorans exerces carmina ritu .  
Cur aliquid vidi ? Vidisti ( scimus ) inire  
Concubitus natæ Augustum . Non horruit illi  
Cui dederat vitam , petulans auferre pudo-  
rem .  
Effare ; & temnè exilium ; tibi libera mens sit ,  
45 Magnanimique Equitis vigor , arisque invicta  
ferendi .  
Discitis , o nostri , labem , non discitis ocf-  
trum  
Grandiloquum , rati nec lumina docta Poetæ ;  
Pessima inutilitate sed estis inutiliores .  
Ægrotos animo passim plures video , quam  
50 Corpore fert ægros Autumnus , prædia grata  
Pharmacopolarum , Vespillonum , & Medico-  
rum .  
Heu ! Ubi nunc rerum vultus in origine  
pulchri ?

B

Flo-

**4 EQUITIS BOTELHI**

Flores, & Zephyri, gens aurea, & aureus  
Orbis;

Cur Saturne, malus stultusque, superstite  
prole,

55 Infabricatum glutis & sine imagine saxum?  
In causa est infans, quod fulvi Secla metalli,  
Yerque tuum pereat, quod candens ardeat  
Æstas,  
Et coquat ad limum tot flumina nectaris, &  
tot

Undantes lactis rivos, mellisque fluenta.

60 Ut tunc Saturnum, tenuantes murmura  
prolis,  
Gnossiaci populi fallebant cantibus, utque  
Sæpius Hæmonidum sublapsam carmine Lu-  
nam

Restituunt sonitus, ita, verum ne audiat Or-  
bis,

Affentatorum Collegia constituuntur,

65 Gens crepitans chartis, Clytieque ad sidus  
herile.

UNDA CREAT pisces, pulchras pomaria  
fruges,

Cultus ager messem, Affentatio prava Ty-  
rannos.

Jus erat in pretio; jam delatoribus omnes  
Divitias, decus, & vitam eversare facultas.

70 PUNIT inauditos non æqua potentia cives.  
Agnosce invigilans cautè. SI DESIDE visu  
Torpet Aristorides, vitula vitaque carebit.

FISCI CAUSA mala est, recto sub Principe  
tantum.

Eg

**PROLOGUS.**

5

Estò, inquis, Satyram laudo, libata mederi

75 Si possit multis. Leget unus; & Urbe legente,  
Vix probus unus erit. Fateor; tamen inclytus  
unus

Regna est, & Regis clypeus, Numenque  
suorum.

Dardanæ stantis pugnaces respice campos:  
Europæ atque Asiæ rabidis crudescit Enyo

80 Viribus; occumbunt acies, stagnantior exit  
Ad strages, aliisque rubescit Xanthus in undis,  
Sol nimbo emoritur telorum, percitus aër  
Et nebula, & moritur fremitu, labefacta rui-  
nis

Emoritur tellus, moriuntur denique cuncta,  
85 Et sæva in cunctis vivit mors. Hectore ful-  
tum

Permanet imperium Priami, spesque alta ne-  
potum.

Nil Danai, nil tela nocent, nil Mulciber  
ipse,

Nil Fata. In cinerem postquam mors Heclos-  
ra vertit,

Troja abit in cinerem: pariter steterantque,  
caduntque.

90 Unus erat, pacique bonus, curisque togatis,  
Eloquique potens, cuius Catilina secures  
Fulmineas exul sensit, pejusque Cethegus,  
Quique Sibyllina conspexit nocte propinquum  
Lentulus imperium, laqueo Rex guttura frac-  
tus.

95 Festinos voti contra, nimiumque furentes,  
Temporiùs vigilans Consul, te reddere pergit

B 2

Ko-

## 6 EQUITIS BOTELHI

Roma tibi , Romamque Deis , se vindice , tutis.  
 Quæ tantis meritis æquantur , plurima  
 quamvis ,  
 Præmia ? Nil petuit nisi famam ; dumque ma-  
 nebunt  
 100 Romuleæ gentes , Custos memoretur ut omni  
 Posteritate rogar , nullo non vîctor in ævo .  
 Sed famam post fata vetas , rideisque Ma-  
 gister  
 Clamore , & gruibus corvisque sonantior atris .  
 Non te quidquid adhuc venerantur secula  
 summum ,  
 105 Non Hippocrenes candor , non Martia frænat  
 Roma . Supervacuum & nocitum tollere si-  
 vis ,  
 Teque , tuosque simul centones tolle procaces .  
 Proh ridenda nimis turba hæc ! Non aptius  
 unquam  
 Democritus doctum crispasset ad omnia na-  
 sum ;  
 110 Quique volutabris coenosis exit , & ut sus  
 Profubigit pedibus fastus ostrumque Platonis .  
 At tu , laurigeris Lector devote Camænis ,  
 Aspernare apinis & garrulitate petulcos ,  
 Ut teneas fidus quod de Virtute loquamur .  
 115 OMNES Virtutes una est Prudentia , quid-  
 quid  
 Dictet Aristoteles . Variantur nomina tantum  
 Artibus . Associat populos , delicta coërcet ,  
 Et tribuit cunctis rectè tribuenda , vocatur  
 Justitia . Exorat dono redolentis acerræ ,  
 120 Et sacris , temploque Deos , cognomina mutat  
 Rel.

## PROLOGUS.

7

Relligio . Meditatur summa , & ad omne pe-  
 riculum  
 Pro patria , & fama sub eundum pectora fir-  
 mat ,  
 Illi nomen erit Constantia . Spernit & odit  
 Illecebras Paphias , arcus , mollesque phare-  
 tras ,  
 125 Nilque voluptati concedit , casta putatur  
 Temperies . Eadem reliquo de nomine dicas .  
 Spiritus haud aliter noster : licet unus &  
 idem ,  
 Dum noscit , Mens solum est , odit , amatve ,  
 Voluntas ,  
 Inque novum nomen memori convertitur actu .  
 130 Agmina Divarum si sint , Prudentia dux est .  
 In vitium , hac sine , verget Virtus . Sæpe  
 ruinam  
 Intulit imprudens Clementia . Consale Eurcas  
 Caudinas , captoque ligamina demta Sinoni .  
 Sic reliquæ . Nostris celebra tur versibus una .  
 135 Una inquam , sacro de vertice vera Minerva  
 Orta Jovis , galeamque ferens , hastamque  
 coruscans ,  
 Et pariter clypeo , tutataque Gorgone pectus .  
 Hac bellante , aries violentius eripit arces ,  
 Transabit & turres crinita falarica flammis ;  
 140 Et sequitur Mavors , sequitur Victoria Divam .  
 Si Pax alma Deam decuit ( vult ipsa ) vacan-  
 tem  
 Artibus utiliter cultis , studiisque videamus .  
 Solis in Occatus , Solisque inquirit in Ortus ,  
 Inque Poli nullo tepefactas Sole pruinias ;  
 145 Et

- 145 Et meritis tutela venit, Jove digna Vitago:  
Hispanos forsan circumvectabere lucos.  
Intonat incursus latronis: Redde crumenam;  
Aut animam. Quid ages? Sed ne spolieris  
inermis,  
Armatus spolias; nam terres ense rapacem;  
150 Incidis in furem nec tu, praedo incidit in te;  
Fisque rapax, ipsi dum spem rapis ipse rap-  
pinæ.  
Non aliter Cives odiis cùm fortè vicissim  
Exarsere duo, vindictam cautiùs ardens  
Occupat, atque hostem tollit, curasque ti-  
mendi.  
155 Sic Vitii nobis minitatur bella tumultus.  
ANTEVENI prudens, & perdere perde pa-  
rantem.  
Arma dabunt Satyræ, simul & prudentia;  
regnans  
Armata in Satyris. Vinces edictus, erisque  
Votorum mensura bonis. Hoc discite Patres;  
160 Hoc facitote legat natus, faciatque Magister  
Quem pariter vestro Patrem dixisti alumno;  
Induit in florem dum sese ductilis ætas.  
Tuque puer, chartis quondam detentus inj-  
quis,  
Pervigili studio cessatas corrige noctes.  
165 Macte ingens Juvenis conatibus: Elige no-  
men.  
Seu tibi magnanimo dici placet alter Iason;  
Nil moror. Epoto flagrent Acherontis ab igne,  
Lethifera in pugnam revomentes Tartara tauri,  
Te metuunt, payidosque jubes submittere colla

170 Ins

## PROLOGUS.

9

- 170 Inque jugum, & tractus gressum tardantis  
aratri,  
Languidaque in morem palearia vertis habenæ  
Nec sinis insomnem pelli advigilare colubrum.  
Seu Meleager eris, perimes, renuente Diana,  
Setigerum ultorem, & falcati prælia dentis.  
175 Thesea seu supra conaris major haberi,  
Monstra cadunt, nullumque tuæ subducitur  
iræ.  
Te Marathon, te Creta canunt, Epidaurus,  
& Isthmos,  
Nec tacitura tuas ad Laudes hæret Eleusis.  
Forsan & Alcidæ titulis capiere, dabuntur.  
180 Ipse Cleoneos latè discindis hiatus,  
Et pede colla teris vieti, setamque comantem.  
Cessat inexhausta, subitaque propagine mon-  
strum,  
Mira veneniferæ renovans certamina Lernæ.  
Procumbitque Gigas Libycus, nescire coactus  
185 Quæsitam Telluris opem. Triplicisque cruenta  
Pectora Geryonis, cui ternæ stamina rumpunt,  
Confliguntque simul Paræ, suntque Atropos  
omnes.  
Nobilius certè nomen, facinusque, ruentem  
Tot scelerum noxæque gregem prosternere,  
qui vos  
190 Non leo, non aper, aut ursus viduare mi-  
natur  
Corpore, sed totos suibus mutare vel ursis,  
Namque animos mentesque premit. Ni tutus  
Ulysses  
In magicas pestes, virgam, & cantamina suc-  
ci,  
Af.

10 EQUITIS BOTELHI

Afforet, & sciret detrudere: fortè sodales  
195 Nunc quoque grunnissent Circæo in carcere  
porci,  
Hortorumque avido fædassent grama rostro.  
Vos igitur, comites, llnguis animisque favete.  
Dux Ithaco Maja genitus, mihi maxima Vir-  
tus.



PRIMÆ SATYRÆ ARGUMENTUM.

CALLIOPE VATI SILENTIUM INDICIT:  
digo labiis admoto. Negat Poeta se à Satyris scri-  
bendis abstinere posse: & varias causas pro re pro-  
posita adducit. Alexandrum, Macedonia Regem,  
fugillat. Mox Appium Claudium, Romanae Reipu-  
blice Decemvirum. Deinde Domitianum Imperato-  
rem. Martis stuprum Iliam vitiantis reprehendit:  
Deridet etiam Chionem vetulam & adhuc lascivæ  
pronam. Calliope verò conatur illum probis monitis  
quasi ad resipiscientiam adducere. Post multam de-  
nique inter ipsos contentionem, Poeta sententia  
initio prodite tenacissimus, in suscepto  
proposito perseverat.

SATYRA PRIMA.

QUID digo premis ora? Vetus licet, elo-  
quar. Eheu!  
Eloquar: & Satyris operam dabo. Quo piger  
olim  
Per-

SATYRA PRIMA.

11

Persius, & quo ingens Juvenalis pulvere lusit,  
Cur non succutitur noster currus? Juvet Artes  
Ingenuas coluisse, juvet non dura Minerva.  
Nugarum fatuos idem si purgor amores,  
Purus, & ad nullum docilis pallere tribunal.  
Nec mi testiculi fibram finxere paterni  
Aut cornu, aut ferro. Nobis data bilis, & acer  
10 Nasus, & indomita est jecoris petulantia siccii.

Servos tot viliis non pavit Spartacus unquam  
Urbis ad excidium, quot reptant face Latina  
Artis ad exitium Vates. Revocantibus istis  
Barbaries indocia redit, quam Græcia quon-  
dam

15 Runcatrix Latio dumoso culta revulsit.  
Pluris erunt, subito dederit quibus impete li-  
mos

Garrula Castaliæ Nais. Laus maxima, si quis,  
Centum quam Medici nequeant inhibere,  
phrenesi

Perfurit assidua. Similem me crede, severa  
20 Sanctaque Calliope. Quid reffert unus ineptis  
Partibus accedam? Veluti cùm fortè caterva  
Ranatum vastas cogit strepitare paludes,  
Non ideo insomnis magis est vicinia, fauce  
Insurgente nova: quamquam sit Homerica ra-  
na

25 Limnocharis, multumque furens à Vate coa-  
xet.

Aspicis, Alecto quantos erexerit audax  
Ignivomos rictus, tumefactaque colla veneno?  
Hinc nemora in classem descendunt, qualia  
Nymphis

C

Æqua-

## 12 EQUITIS BOTELHI

Æquæva & scopulis, bimari sata Pyrenæo:  
 30 Numinæ Phlegræus ne quicquam exterruit ag-  
     ger,  
 Thessala quod nostro caruerunt prælia monte.  
 Vix tamen & fraudata comis & cortice sylva  
 Sufficit in proras. Illas conscendit Iberus.  
 Vexillis rugiant Euro crepitante Leones.  
 35 Arma parat Gallis atavus millesimus Hector,  
 Et cognata Venus. Brumales deserit Alpes  
 Allobrogum metuenda cohors. Non parva  
     minatur  
 Anglorum suspecta quies, lentique Batavi  
 Consilia. Occurlant acies: lituisque Booten  
 40 Conterret, pavidosque jubet non stare Trio-  
     nes.  
 Cyclopum capienda domus, regnumque ca-  
     noræ  
 Parthenopes. Repetant glacialem Theutones  
     Albim.  
 Cur Cynici non more vafri, mea dolia  
     volvam,  
 Nempe laborantes dicar ne fortè tot inter  
 45 Desidiosus: si das dolia dicere saltem  
 Versiculos? Morbus transacto increbruit ævo.  
 Nil aliud faciam nisi nugas promere, quam  
     quam  
 Det Lachesis potare mihi centesima musta.  
 An melius reticens torpebo insulsus in-  
     ersque,  
 50 Contentus vitam retinere, abrodere fruges,  
 Et pars esse, inter pecuaria ceu caper unus?  
 Detegit & punit maculas Rhadamanthus  
     apertas.

AUT

## SATYRA PRIMA.

13

AUT FAC quod vis audire, aut quod fece-  
     ris audi.  
 Magnanimus, Sapiens, & Stoicus, & bonus,  
     & vir,  
 55 Propositique tenax, ubi nunc? ÆTAS agit  
     omnis  
 Aut pravum, aut aliud: sociat pars major  
     utrumque.  
 CONSULTOR vitium deterrimus. Inde  
     malorum  
 Est summum indomita pravâque cupidine  
     duci.  
 Præbet Alexander funesta exempla. Quis illo  
 60 Vel miserabilior, vel pejor homuncio vixit?  
 Jam defrenatae soboli pater ipse Philippus  
 Sordebat, tellusque patri regnata Philippo.  
 Jam Jovis exoptat dici, celeratque quod  
     optat.  
 Pandite Pellæo victori, Juppiter Hammon  
 65 Quas habitat sedes. Properat meritoria turba  
 Pontificum: melius caupones dixeris Afros.  
 Intima thuricremis redolent altaria flammis,  
 Et pecudes pecudi mactantur victimæ Diyo.  
 Reliquias frustra Boreas invasit edacis  
 70 Mulciberi, nulla cineres turbante procella.  
 MENTITUR vanus miracula vana Sacerdos,  
 Et stolidæ populorum credulitate juvatur.  
 Mox responsa Dei finguntur. Venditor illis  
 Emtorem natum Hammonis Divumque fa-  
     lutat.  
 75 Salve, magna Jovis soboles, aliâque datura  
 Progeniem dignam Solio stellantis Olympi.

Ta-



14 EQUITIS BOTELHI

Talia dissimulas? O certe corniger Hammon!  
Jam Mundum spoliare decet, jam everttere  
tota  
Imperia. In prædam cupientis plura Tyranni  
80 Orbis eat, quantus gelidumque interjacet  
Istrum,  
Gemmiferamque Thetim, placidos ubi com-  
putat annos  
Primo Sole calens, & nocti concolor Indus.  
Dedidicit patriam: traxere Eōa bibacem  
Musta, trahunt furem gazæ, turpemque cy-  
nadi.  
85 Post Asiae fatale jugum, majora paranti  
Mors juxta Euphratem, Nilum prope conti-  
git urna.  
Sed nec Alexandrum coluit Memphitica tellus  
Vana scatens aris, non pellax turba Ca-  
nopi,  
Barbarus altrici non quisquam conscius undæ.  
90 Implet muneribus Pharii (nil turpius) Ibin,  
Quadrupedesque Deos. Adytis fuit horror  
Ichneumon,  
Thure vaporifero caluit Crocodilus in aris;  
Atque aurum auratus turpavit Cercopithecus.  
Numina quin etiam Phariis portexerat hortus:  
95 Carnificem tamen & Mundi sprevere latro-  
nem.  
Sequanus, Ægyptum delatus, credidit esse  
Ingentem membris, quem novit nomine  
Magnum.  
Metiri cupiens, admiratique cadaver,  
Nil pene invenit, Parvos quos invenit aptat

100 Col.

SATYRA PRIMA. 15

100 Collectos dextræ cineres. Antroque recedit  
Utilis admonitor tumidis Regnantibus: ECCE  
O REGES, dixit, VASTATOR ET ARBI-  
TER ORBIS!  
Nec plura. Exclusus dextra digitisque remissis,  
Exiguus cecidit pulvis; ventoque per agros  
105 Dispersus, cœno & fæci se immiscuit imæ.  
Quid mihi cum nihilo? Magnæ peto moc-  
nia Romæ.  
Illic libertas, illic nitidissima forsan  
Sæcula, non fulvo lucem faciente metallo,  
Sed Decimi fulgore Viri. Sedet Appius, audi.  
110 Pelle undam, cœtus sceleratos discute, Lic-  
tor,  
Et da mancipium domino. Sic imperat ardens  
Mancipium sceleris; qui tunc erat arbiter  
Urbis,  
Atque Pater patriæ. Sed inarsit Martia bilis,  
Pectus adestr Bruti; credas, adstare Catonem.  
115 Franguntur fasces: fugit Appius: horrida  
Romam  
Plebs agitat; pereunt Lamiæ, superante po-  
pello;  
Sola nec arrepto cecidit Virginia, cultro.  
Sic Trojæ calcatus apex, turreisque Sagunthi,  
Sic Phaëthoneti rapiebant plautra jugales.  
120 Præcave: nam tubitis succumbes fluite pe-  
nclis.  
ILLE SAPIT, qui scivit heri. Vos unde ti-  
mendum est,  
Sumitis exemplar. Qua non in sede Decemvir  
Pejor? nempe avidos ultra profettere quod au-  
dient,  
Scis

## 16 EQUITIS BOTELHI

- Scis imitatores. Utinam quibus Appius, Idmon  
 125 Sisteret! Unius facilis jactura puellæ.  
 Ad Romanum redeo, sacrataque probra Patati.  
 Non spernenda dedit Rutulis duo lumina  
 Regni  
 Flavia gens. Calvus tandem venit Induperator  
 Tertius, impatiens, & inæqualis, turpisque.  
 130 Nam pius obscoenis studuit, sacrisque prophanus,  
 Et fuit in magnis minimus, magnisque pusillis.  
 Laxat Regna triceps (jussit Regnator Averni:)  
 Inficiunt pestes Mundum: supereminet illas  
 Tetra Supersticio: Rex fiet Regis, & idem  
 135 Extorquebit opes, versutè sordidus Augur,  
 Submersusque genas fetoso gurgite barbae,  
 Vix oculis parcente pilo; qui latus oberret,  
 Obstipo vultu, atque acie verrente latrinas.  
 Uxorem remove, loculis cave: Nempe quod  
 odit  
 140 Castus, & ingenuo cui fervet sanguine vultus;  
 His placitum nactis tenebras. Hos ille fovebat.  
 Infamis turpi fluxit sub Principe Tybris.  
 Quis latebras aperire queat, noctesque nefandas?  
 Deposuit vestes Regales; altera sumta est.  
 145 Græculus, Armenius, Persæque evadit, ut  
 illum  
 Persepolis, vel Sparta suum, aut Artaxata  
 dicant.

Sic

## SATYRA PRIMA.

17

- Sic placitum violare nurus; sic ducere gaudet  
 Oppressa imbelles de Nobilitate triumphos.  
 Quo ruis, ah demens? SCELUS est in Principe summum  
 150 Despexisse suos. Ad Bachanalia tendit,  
 Personam tunica dignus mutare molesta.  
 Non tamen expectes ululata silentia noctis,  
 Flagitii vetat ille sonos; speratque latere  
 Immistus servis. Sed quamvis cæca, nocent  
 tem  
 155 Nox videt; accumbunt stupidis nec sidera  
 somnis:  
 In speculis fax omnis adest. Da, Phosphore,  
 Soles;  
 Aureus & solita ditetur lampade Mundus:  
 Flavia tempa subit, pulchro certantia Cælo;  
 Sólque Numam vidit, quem sidera Sardanapalum.  
 160 Romæ Roma nihil; verso quippe ordine,  
 Romæ  
 Omnia Cæsar erat; libertas, jura, Senatus,  
 Consilium, Numen, Princeps, oracula, Sa-  
 credos:  
 Hostia cur nondum? Certè sanctissima Terris  
 Dextra fuit, pravi sub qua cecidere Ty-  
 ranni,  
 165 Et lacerum pensant fracto diademate regnum.  
 Mox crimen. Jam crimen erat violentius  
 illos  
 Non dixile Deos. Tecum plebecula credit  
 Ine

Intus magna geri . Qua possint arte , vel armis ,  
 Imperii fines extendi , & gentis honores ;  
**170** Qua ratione datum leges Orbemque tueri .  
 Cedite cærulei fluctus ; & in utribus omnis  
 Tempestas religata fremat . Nam Numine ma-  
 jor .  
 Ultra Solis iter , supremæ & Tethyos undam ,  
 Semiferos homines emendat legibus ; & qua  
**175** Deseruere dies , Cæsar non deficit Orbem .  
 Mentiris : Domini tempus non illa moran-  
 tur ,  
 Hesternæ sed noctis amor , similēsque parare ;  
 Quique regat cerdo est , aut mimus cuncta  
 regentem :  
 Et credes adamata Jovi quæ contulit istis ?  
**180** Quidquid erit , jussos appellat Cæsar inermis  
 Annales : Magnus , de se si credimus illi .  
 Gratius at Romæ stuprum : fortasse quod  
 ortus  
 Romulus a stupro est , positor notissimus Ure-  
 bis .  
 Vestales aliis vitiaverat ignibus aras  
**185** Flamma nocens , vanique infanda licentia  
 Martis .  
 Nympha ( papæ ! ) Divum recubans absorbet  
 amantem ?  
 Heus bone Bellipotens ! sic fis Deus ? Addic-  
 tur ecce  
 Insula congestis delusa , & victa trophæis ;  
 Nec nova Lemniaco plectuntur gaudia nodo .  
**190** ESSE PARUM nescit quidquid peccare Potentes  
 Audetis : sequimur , delictaque Mundus adorat .

Pro-

Prostant Vestales ; nulla est sine labe Sacerdos :  
 Vesta abiit . Petulans polluta regnat in æde ,  
 Et Vestale aliis pandit Cytheræ lupanar .  
**195** Hinc etiam spernet temerati damna cubilis  
 Nævia , dum vulvis faciunt exempla jocandi  
 Quas decorat vittatus honos , & Vesta vo-  
 carat .  
 Illa tamen calidam cauſatur puppa juven-  
 tam .  
 Tu , Chione vetula , & Stygiis jam proxima  
 flagris ,  
**200** Turpis adhuc ? Distent juvenilia crimina  
 monstros .  
 VINCIMUS hoc vitium fugientes . Proh pu-  
 dor ! ecce  
 Te refugit vitium . Jussit longava fenebris  
 Podicis & pariter fordanes inguinis usus .  
 In faciem transite tuam . Cœpere falavis  
**205** Ora cacare simos , guttatione haingere nasus ,  
 Halitus & foetens oppedere . Sumserit ullus  
 Oculum , an ille os , culum an delibaverit ,  
 idem .  
 Nesciet . In vetula non differt . Conscia dites  
 Confugis ad cultus ? Nota eft calvaria , quam-  
 quam .  
**210** Flavescens lìtri cincinnis . Nota barathri  
 Arida canities , graveolentes pro cute rugæ ,  
 Ossa , situs , pædor , maciesque simillima  
 Parcæ .  
 Nil agis . Accumules luxu splendente licebit  
 Serica , chrysolithos , nummos , adamanta ,  
 smaragdos ,

D

215 Quod



20 EQUITIS BOTELHI

- 215 Quod rubri dat concha freti . Tibi cedat onusta  
Divitiis , multoque nitens medicamine Lais.  
Ipsa Semiramis superes pretiosa paratus ;  
Et quos supposuit Ducibus Cleopatra Latinis .  
Insuper accedat deceptæ victus Elysæ
- 220 Sidonizæ fastus , Phrygio tribuentis amori  
Pygmalioneis erectum portibus aurum .  
Conductus deerit moechus . Nec vilia pestem  
Permolare insurgunt inopis præputia drauci .  
**FORTUNATÆ** urbes ubi longas dicitur  
unus
- 225 Auriculas habuisse Midas ! Nec nosceret Orbis ,  
Ni malus immodicæ ductus prurigine vocis  
Obstaret tonsor , qui fossos erudit agros ,  
Arcanumque serit , donec Rex audiat ipse  
Ludibria occipitis calamo patefacta dicaci .
- 230 At quis dimidius ? Quis nunc non totus asel-  
lus ?  
Hic me calce petit , rudit hic , hic morsibus  
urget .  
Nil docile in mandra video , nisi mobilitatem  
Auriculæ . **COMMUNE** malum rubuisse pudore  
Abstulit insanis , atque imbre madentibus uno .
- 235 Hellepontiacas inter stolidas hecatombas  
Vesani reboant Critici ; furit & lutulenta  
Marsus Amazonide , & longa farragine capsæ .  
Hæc mittam , Xerxemque sequar , dum mi-  
lite Mundo ,
- Astra simul , Terramque simul , simul impedit  
Æquor ,
- 240 Impuræ doctus bellare ad iussa maritæ ,  
Qua duce , fossus Athos , vincetæque Athaman-  
tidos undæ ?

Ad

SATYRA PRIMA.

21

- Ad quæ fraternalis acies memorare , rogume  
que ,  
Incestasque faces , & quidquid criminis atri  
Oedipodiæ objectant carmina Thebis ?
- 245 Quid conferte potest hic sesquipedalis acervus ?  
Phryx Berecynthiades ? Rictus Erymanthi-  
dos ? Ales  
Thaumantæa ? Vagi discrimen Bellerophontis ?  
Dispeream , si non vel nomina nuda cerebrum  
Contundunt penitus . Propiora poëmata sur-  
gant ,
- 250 Quæ sapient Hominem . Quorsum hæc , cere-  
brose Poeta ?  
**DONIS TRIPTOLEMI** , urbi aut subiectare  
favillam ,  
Noxa minor , cantus quam liber . Vivere si non  
Projicis , implacidis moderandum est garrule  
verbis .  
Subligat hæc citharae cordatus quisque coro-  
nam .
- 255 **VIRTUTI** umbra est Invidia . Et , te judice ,  
quid non  
Indigena occiduis obscurat finibus umbra ?  
Quod votum fuerat dedimus . Ne litora dam-  
nes .  
Vive tibi : tranquilla petis seu tempora vitæ ;  
Seu prodeste studes . Vigilet qui perdidit an-  
nos .
- 260 Lydia sit meretrix : lateat , seu prodeat hic ,  
vel  
Ille , quid ad te ? Messalinus versibus Urbem  
Et premit , & tundit . Malleum quos pertulit  
ictus

Fol.

22 EQUITIS BOTELHI

- Follis Anaxarchi. Genium curar Falerno,  
Fornicis & multos perdit scabiosa vorago.  
265 Prandia cur memorem , vel quæ patrimonia  
dives Decoquat, expletus dapibus yinisque vetustis ?  
Piebs mala yanorum Sapientum , plebs male-  
fida  
Historicorum , plebsque est execranda Poten-  
tum .  
Sunt spoliatores aræ , sunt crima , quorum  
270 Immitem Phlegetonta pudet . Communia  
narras :  
Fecere hoc veteres , facitis , facientque futuri .  
Quid plura innecto ? Cuncti tua carmina ri-  
dent ,  
Teque simul , cuncti . Pater & Saturnia Juno  
Sanos ob monitus thalamo te , & conjugè  
donent ,  
275 Calliope ( quid pulcra velit , quid docta puella  
Amplius ? ) illaqueet nec dotem frater Apollo  
Causidicis . In me sed quare turbida matris  
Imperium præsumis ? AMOR quos alligat ,  
æquat .  
Illudent nobis . Quis ? Numina culta Ma-  
ronis ?  
280 Hippocreneæ moderator Horatius undæ ?  
Eversor Libyæ ? aut socii sapientia Læli ?  
Novimus . Ad fluvium qualis ferit agmina  
Cocles ,  
Ridentes nimium ridebo fortior unus .  
EDET pauca , sui populum qui cogitat ævi .  
285 Exul eris . Cupio . Sed pauper . Dic quoque  
felix : Nil

SATYRA PRIMA. 23

- Nil agere , & nihil esse volo ; & quid dulciss  
usquam est ?  
Ridebo auratum pannosus sæpe Neronem .  
Nil scribes . Scripsi . Morieris . Sæcula noscent  
Æqualem Superis . Renuent ingrata . Phalan-  
gem  
290 Pygmæam magni compressos pelle leonis  
Hos , illösque simul , pergam ridere sepultus .



SECUNDÆ SATYRÆ ARGUMENTUM.

*POETA , NON FERENS IMMODERATOS*  
*populorum abusus , concessit in sylvas . Laudat ruris*  
*tranquillitatem & delicias . Contra commemorat mi-*  
*litum ærumnosam vicem , navigantiumque Mercato-*  
*rum inexplibilem anxietatem . Devolat illuc interim*  
*Mercurius , cui , ut fovis mandata quædam exequere-*  
*tur , illæ cursus erat . Poëta ejus videndi & alloquendi*  
*jam pridem cupidum esse ait . Post aliquæ invicem*  
*ingesta convicia , Mercurius Poëta adquiescens , quæ-*  
*cumque velit ab ipso discere , libenter manifestatu-*  
*rum promittit . Narrat Botelhus , se nondum juve-*  
*nem , Parnassum ascendisse , & Pegasit fontis un-*  
*dam potasse . Inde multis Orbis regionibus pererratis ,*  
*nil vidisse nisi nequitiam & vanitatem . Postulat à*  
*Mercurio , ut se de fovis apud Superos imperio cer-*  
*tiorem reddat , quo solatium capiat , si forte a Hu-*  
*mana in terris gubernatione non diferebat . De-*  
*trectat Mercurius interrogationi satisfacere ,*  
*& Vatem deferit .*

SA-



## SATYRA SECUNDA.

**E**RGO bonis avibus, queis nec deducere curat  
Iliadem Mars ipse Remum, temerarius alter  
Moenia transilii, vallum, munimina, fossas.  
Jam me rura tenent. Gentes, Urbésque, vaca-  
lete.

5 Rusticus innocuas sylvas habitator amabo,  
Posthabitatis domibus speluncas anteferendo,  
Turribus arboreos apices, scopulosque Co-  
lossis,  
Atque hominum regnis minus effera regna  
ferarum.

Hic sincera quies; hic certant ludere Vati-  
go Perspicui fontes, vestitus gramine cespes,  
Sylvani & Satyri, Fauni quoque; cumque  
Napæis

Cœtus Hamadryadum, Dryadumque, &  
Oreades omnes.

Me volucrum dulces oblectant murmure can-  
tus,

Me Zephyri; roseo volitat Vénus aurea curru;

15 Automedon pharetratus Amor; circumque  
jocantur

Veloci turbæ puerorum; terna beatos  
Amplexus hilarat cælesti Gratia risu,  
Oscula candentes iterant properata columbæ:  
I nunc, & Dominum persta servare su-  
perbum,

20 Devotus castris, caliga spectandus & ense;  
Qui ferro in jugulum jussus savyre parentis

Pers.

## SATYRA SECUNDA.

25

- Perges, & templis sceleratas subdere flammas.  
Nam rota ceu figuli compulsus calce moveris  
Ut libuit Domino. Ultra völveris, atque re-  
trorsum,
- 25 Progrederis, cessasque, redis, iterumque ro-  
taris.  
Te minus infelix Ixion. Noscitur illi  
Quidquid venturo statuerunt Tartara gyro,  
Assuevitque pati. PRONUM est durescere  
corda  
Ad notum miseris & inevitabile vulnus.
- 30 Venturam trepidas quam non agnoscis Erin-  
nyn;  
Ancipitemque dolat non uno sava flagello.  
Pugnatur. Vivat Cæsar, clamose, precaris;  
Ingeminas, vivat. Vivit, miserande, valé-  
que;  
Tu moreris, variisque modis morieris inep-  
tus.
- 35 Ebibis infestas, turmis calcantibus, undas,  
Quas fastidiret concessas Tantalus. Ille  
Nectareos haustus. Avulsa dentibus herba  
Produces animam. Lautissimus invidet illi  
Juppiter Æthiopum, & Divorum turba gu-  
lofa.
- 40 Illi ebeni fulget speciosus iaspide lectus,  
Chrysolithis, auro, atque igni certante py-  
ropo;  
In pluma stertit. Carpens tu fortè soporem,  
Nec potis & curti spondam pressisse grabati,  
In nuda tellure jaces. Sine criminè turpis
- 45 Amplexu incesto magnam premis improbe  
Matrem.
- Crus

## 26 EQUITIS BOTELHI

Crux sepelis hodiè ferali clade recissum,  
 Manè humerum. Veniet non mitior altera  
 pugna,  
 Et sepelire oculos faciet fortassè verutum;  
 Aut te sanguineis inhumatum sternet in arvis.  
 50 Hæc stolido finis. Maculofo fercula campo  
 Vulturibus restas, numquam totiesque sepul-  
 tus.  
 Non minus insanis consensa nave perer-  
 rans  
 Servus avaritiæ, ventis ridendus, & undis.  
 Tyrrhenas vetuit quæsita pecunia cautes,  
 55 Taurominitanam vel pertinuisse Charybdin,  
 Æthnænive rogam, diræ socia agmina Phle-  
 græ.  
 Namque Giganteo ritu jaculantur in astra,  
 Inque Jovem, tumidos fluctus, rabidamque  
 favillam.  
 Fulmina non metuis nigro sudata sub antro,  
 60 Queis Lipare fontes armamentaria Divum  
 Asperat in terras. Furiali desuper iactu  
 Intonat, & fulmen docet intonuisse Pyrag-  
 mon.  
 Ionias jam linquis aquas; jam sedula puppis  
 Transilit Ægeum, jam Nili allabitur undis.  
 65 Non Orientis opes possunt depellere morbum,  
 Quidquid Arabs, dites quidquid misere Sa-  
 bæi.  
 Te fugis, & miserum extra te te stulte re-  
 quiris.  
 Redderis Oceano, cupidus majora referre,  
 Hesperidumque nemus pomo viduare micanti.

70 Illa

## SATYRA SECUNDA. 27

70 Illa rupe dedit portenta immania Gorgon,  
 Maura genus, ritûque suæ telluris abundans.  
 Arguibus, & miro vultus conspersa veneno.  
 Saxeus extat Atlas, illi quia visa Medusa est;  
 Quod tibi visus Atlas, tu saxeus. Alter Ores-  
 tes  
 75 Vecors, attonitus, Furiis excitus habendi.  
 Si quæstus, si vera bona, & sincera paran-  
 tur,  
 Est portu repetenda quies, animusque quiete:  
 Hi, fatuæ gentes; At gens est fœmina pejor  
 Garrula, & infida, & petulans, crudelis,  
 avara,  
 80 In Venerem sed enim Cythereâ pronior ipsa.  
 Pasiphaes clusæ vacca memorabo furores.  
 Prella latens miror, fidæ quod fœmina rimæ  
 Disjunctumque femur, patulumque aptarit hia-  
 tum,  
 Et quod pertulerit talem. Non durior eslet  
 85 Impetus a cornu. Sed gaudet. Nuptaque Regi  
 (Infandum!) imperitat populis, servitque ju-  
 venco.  
 Lignum vacca fuit, mulier pecus; indeque  
 proles  
 Non homo, non taurus, quamquam videatur  
 utrumque.  
 Sed quid portendunt Superi? Quid ab æthe-  
 re magnum  
 90 Parturiunt nubes? Chlamidatus decidit ales,  
 Aut ipse, aut alias refugi Ganymedis ad instar.  
 An revolat genitor, pelago vel nomina mersus  
 Qui dabat? Insigni crispatur pluma gaiero,

E

Pro-

## 28 EQUITIS BOTELHI

Prominet & gemina talus revolubilis ala;  
 25 Quāmque manu retinet virgam cinxere ces-  
     rastæ.  
 Mercuriusne? ita: Mercurius. Proh, sedulus  
     Hermes,  
 Scurræ Deum, latro, leno malus, atque do-  
     losus,  
 Et tamen ipse Deus! Quanto torquebar amore  
 Colloquii, yisūsque tui! Da tangere dextram,  
 100 Qua centum perierte oculi, cum languidus  
     Argus  
 Pabula nec vitulæ, nec pabula carneæ sancti  
 Invigilat lustrare Jovis. Sic, pessime Vatum,  
 Excipitur Numen? Sed talia verba loquacem,  
 Delirum, Satyrūmque decent, verèque furen-  
     tem.  
 105 DIVINA in vobis semel ut scintilla repressa est,  
 Tisiphona venit caligo, luctus, & error.  
 Perfurit Argiva terebratus cuspide frontem  
 Horrificus Polyphemus, & illætabilis aspri  
 Fragmina convellit montis, quæ mittat in hos-  
     tes.  
 110 Aëra per vacuum rupes vastissima querum,  
 Speluncamque, ferasque tulit. Sensere Pelasgi  
 Longinqua de puppe sonos. Tremefactus Ulyt-  
     tes  
 Præcipitatque moras, animamque reciprocat  
     agre.  
 Exululat, truncosque ferox, sylvásque re-  
     velliit  
 115 Umbriferas, frendens prædurus vulnere Cy-  
     clopæ:

Per-

## SATYRA SECUNDA. 29

Perdidit hic lucem, & scopulus Lilybeius  
     umbram.  
 Cyclopis forsitan tibi fabula, vanaque Pindi  
 Somnia ridentur. Sed tu furiosus es ille,  
 Qui face compressa, qua mens, Numénque  
     benignum  
 120 Cernere recta dabat, sectaris pessima tantum.  
 Quis læsit? Cæcus, Cyclopibus ut Polyphe-  
     mus,  
 Respondes: Nemo. Et verè; tu te ipse la-  
     cessis;  
 Nemo alias molitur tot mala. PESSIMUS  
     hostis  
 Quisque sibi, assiduusque ferit, quippè intus  
     amatur.  
 125 Permetuens sua vota, bonus clamabat Achi-  
     vus:  
 Juppiter omnipotens, hoc te precor: ut ma-  
     la non des,  
 Quamvis ipse petam, bona des, licet ipse re-  
     cusem.  
 STANT ANIMO qui se gaudent committere  
     Divis.  
 Tu modò Calliopen spernis, modò verba  
     cruenta  
 130 Projicis in Superos. At stultis parcere nos-  
     trum est.  
 GENS LENIS Supéri, haud odiis exercita  
     diris.  
 Quidquid scire velis, dabitur scire. Incipe.  
     Tantum  
 Esto brevis; revocant aliò mandata parentis.  
     Post-

## 30 EQUITIS BOTELHI

- Postquam me Durius nemorosis vidi in arvis  
 135 Aut patios frutices avibus fraudare canoris,  
 Aut facilis fluctu puerum vada fulva secantem  
 Proluit, & nostri Nymphis placuere natatus,  
 Parnassum ascendi. Tiubataque vertice sacro  
 (Ut prius in votis fuerat) vestigia fixi.  
 140 Fons erat, Auroraë vitreis nitidisque pruinis  
 Splendidior. Myrtus, flores, & plurim a cir-  
     cum  
 Laurus, Odoratæ fragrant opobalsama frondes,  
 Albicat illinis candor. Nec Sirius ardens  
 Extenuat nimio sitientem sidere ripam.  
 145 Sese perlueret simili si fonte Diana  
 (Pulchrior unda Dea) tutus spectactor adisset  
 Actæon; fontem, non Divam viseret hærens.  
 Si se Narcissus lympha spectasset in illa,  
 Viveret, & propriis præfertet vultibus un dam.  
 150 Ver manet æternum. Sanctis discrimina lucis  
 Aut nemus, aut fons ipse fugat; nam mune-  
     re Divum  
 Ipse Deus Numenque sui. De rupe virenti  
 Emicat, & niveas expandit Pegasus alas.  
 Accedo; & sacros latices interritus hausí.  
 155 Multicavas parili nunquam dulcedine ceras  
 Cecropiæ saturatis apes. Pulcherrima nobis  
 Pierides dictant; pariterque benignus Apollo  
 Novisse indulxit quod nec novissis Athenæ.  
 UT NON NATA, jacent non nota. In  
     carmine cycnus,  
 160 Pavonum iatumui ritu, voluique videri.  
 Hesperus Orbe alio victor modulamine nostro  
 Clariuit. Atque iterum nobis amor arma fuere,  
     Quà

## SATYRA SECUNDA.

31

- Quà Tagus it pomis pretiosior Atlanteis,  
 Et Laertiadæ ditatas prænarat arces.  
 165 Nil equidem obstiterit livor, quia carmina  
     voxque  
 Aoniis nostra immortale intesonet undis.  
 Diversos agimus populos & visere mores;  
 Ut similis patri per Maura mapalia lato  
 Progenies Nomadum vagat armentarius Afer.  
 170 Qualiter & Princeps Arabum sua regna per-  
     agrat  
 Pulverea, & vento sublata. Incertus ut illa  
 Atterit errantes errans equitatus arenas.  
 NEMO sine insidiis. Fumant Bushridis aræ,  
 Et fraudi inscribunt Numen, spoliisque crue-  
     tis.  
 175 Quis non ut Cæsar dum fletu & voce coasta  
 Excipit avulsum Magni caput, & prope Ni-  
     lum  
 Edoctus lacrymas crocodili, plorat & odit?  
 Fracta fides, furtum, perjuria commemoran-  
     tur  
 Inter laudandas artes. Sententia regnat  
 180 Nullos falla Deos, & nobis morte carentem  
 Indocilis sociare animum; plausuque vocatur  
 Aulæ Relligio. Pereunt redumque pudorque.  
 Fuscos præcipites scelera ad turpisima mon-  
     strat  
 Noxa eadem Mauro & recutito a sanguine  
     cretos.  
 185 Nam pecus hoc dirum, dita hæc animalia  
     nulli.  
 Comoescunt clatri, & nulla temor agitur ha-  
     benæ.  
     Sunt

## 32 EQUITIS BOTELHI.

- Sunt Tribades. Pathicos similis cevere paratos  
Incurvat; nubuntque mares, & foemina dicit.  
Deliramentum reddatur Pythagoreum.
- 190 Emeritus nostro cum se de corpore transfert  
Spiritus, à nullo credes animante receptum:  
Nostrorum vixisse animis nec bellua vellet.  
Artibus & Musis nusquam locus. Incubat  
Aulae  
Barbaries; spernitque etiam sublimia vulgus.  
195 Sutor erat Ladon, quem nixus ferre laborat  
Cornipedum, curru Magnatum more supinum.  
Exiliis Divas auso damnare Camoenas,  
Si nummos (dixi) capiebas pellibus olim,  
Te tua nunc pellis cur non capit? Effe Ly-  
curgus
- 200 Desterte, atque ipsum te concute. Garrulus  
inquis,  
Non opus est Musis Urbi; non carmine regno.  
Eset responsum: CONSTARE sine artibus  
istis  
Regna quidem possunt: sed tantum barbara  
regna.  
Aures demitto. Salve, excoriata Senator,  
205 Et tibi contingat, retulit quod Marsya nudus.  
Non opus est Musis; pingui sed strage ma-  
celli  
Est opus: Hic pecudes frater tuus obruit iectu,  
Conspectus cultris, & oleni veste latrinam.  
Est opus & Cererem cribro, pugnoque parare:  
210 Maternas gazas similis scis esse farinæ.  
Tortore est opus: exposcit sua pondera furca:  
Quem patruum retices, oneravit furibus il-  
lam.

Est

## SATYRA SECUNDA.

33

- Est opus & nervis drauci, cui lenior hæret  
Uxor ubique tua. Hic non inficiandus ami-  
cus
- 215 Alter ego est. Vivas. Alter tu creditur illi,  
Et faciunt alios vos, & facient aliam illam.  
Es caper, & cerdo, perjurus, & ebrius, &  
fur:  
Te quoque opus fuit, hos ut versus scribe-  
re possem.  
In coriis hærere pudet, soleisque tumen-  
tes
- 220 Vexare, excutiat quamquam res ista cachin-  
nos.  
Sunt regnis pestes, quas nec patientibus illas  
Vel tolerare leve est, & nec maledicere tu-  
rum.  
Cæsar equo stabula & præsepia struxit  
eburna.  
Cuncta micant; speculis paries, laquearia  
gemmae;
- 225 Perminctique situs ostro insternuntur & auro.  
Patricius famulus mingentis, sive cacantis  
Excipit argento fordes. Delinquitur ultra.  
Jamque equus est Eques, & Consul, tandem-  
que fodalis  
Augusti. Exultans Urbis Consulque, patérque
- 230 Vel crepitu fœtente, vel illum calce salutat.  
Fortè cacaturi caudam dimovet apè  
Augustus, qua sceptra manu gestate solebat.  
Dumque videre timos optat, gestumque ca-  
candi,  
Ecce vomens fluctus inopinos impete rauco

235 Mer-



- 235 Merdarum torrens Dominum perfudit. In illo  
(Quales Deucalion mersos dolet æquore mon-  
tes)  
Omnia stercus erat, deerant quoque litora  
merdis.  
Effugit, & lotus velamina mutat iniqua.  
Sic sonipes auctus titulis à Cæsare, pulcrum  
240 Addidit illi etiam titulum, fecitque cloacam.  
Mutum animal gentes Anchisæ concelebra-  
runt:  
O quisquis sequeris! Sed cur pejora videmus?  
Cæsar equum; mulos, asinōsque extollere  
pergis.  
Illi unus; tibi mille placent. Virtute decoros  
245 Arces Arce viros, ne quis te comparet illis.  
Huc huc terrifico latratu incumbere cuncti  
Debuerant Cynici, regnisque avertere dam-  
num.  
Rectius haud olim volucres Stymphalidas in-  
gens  
Amphitrioniades crepitibus abstulit undis:  
250 Repulit Harpyias melius nec Dardana pubes  
Cum Strophades sonitu Misenus terruit. Ullum  
Non addam verbum. Studiosus regna per-  
agrans  
Vidi quæ Mundus miratur maxima, quæque  
Humanis majora putat. Meruique pusillus  
255 Alloqui adoratos homines, cœlestia quales  
Numina, nempe illis disceptus subjacet Orbis:  
NIL NON ridiculum, nil non damnabile vidi.  
De Jove nescio quid narratur. Tempore  
belli.

An-

- Anguipedum titubavit iners. Nutantibus im-  
par  
260 Successit regnis: melius fortasse Gigantes.  
Mammoram spernit Junonem. Sed Via num-  
quam  
Lactea canderet, niveo nisi flumine mamma  
Siderei laticis bibulum stagnaret Olympum.  
Nympha comes Phæbes pulcherrima, grá-  
taque Divæ,  
265 Parrhasis errabat sylvis. Non cura pudicæ  
Dentatum vel ebur, vestis, nitidive lapilli,  
Vel speculum, radians pulcri simulamine vul-  
nusque capitum.  
Venatrix metuenda feris it figere prædam,  
Eminus ætherios ignes imitante sagitta,  
270 Cominus & jaculo. Sed tandem fit quoque  
præda.  
Monte reluctantem compressit Juppiter. Exi  
Crimine pulsa Jovis. Donetur Prædo trium-  
phis.  
SIC PATET in miseros tantum procedere  
legem.  
Ferratis Danaen turris suffulta columnis  
275 Ferrea munierat. Tuitæ æqua mente pñella  
Excubias, latebras, latratus atque caninos,  
Et quod non illi commisla est cura pudoris.  
Proh facinus! violare parat, fallitque, te-  
netque,  
In pretium conversus Amans. Injustior arsit  
280 Albus Olor, famam denigrans ovaque Lædæ.  
Non tanti fuerant Helena, & concordia fra-  
trum.

E

Ebria

## 36 EQUITIS BOTELHI

Ebria narrantur tunc Numina plenaque  
musto  
Cum finxere Hominem. Quales dicantur  
oportet  
Qui finxere Deos animo pejore nocentes?  
285 Pace tua dictuni, Chaos; Horum crederis  
Author.

Plura loquax memorat retro clamore Ve-  
tustas;  
Et vos multa pati dura sub lege Tonantis.  
Scite velim qua mente Polum Pater æquus,  
et quo  
Consilio flammæque vagas, Divosque guber-  
nat.  
290 Solamen terris fuerit, si pondera Mundum  
Non graviora premant, quam quod tolerabit  
in cælo.  
Ergo adeò fatuus video tibi, sceptræ te-  
nentis  
Ut delicta Dei culpem sanctissima? Felix  
In pravis Domino qui servit! Stulte, valetu,



## TERTIÆ SATYRÆ ARGUMENTUM.

VEXAT BOTELHUS CORRUPTAM NOBILITA-  
tem. Famam multi facit. Lauro & bacchare se mu-  
nit. Abominatur Psapponis sacrilegam ambitionem,  
& cruentam Neronis tyrannidem. Illis, & reli-  
quis pravis homunculis infamiam & subsan-  
nationes preparat.

SA-

## SATYRA TERTIA.

37

## SATYRA TERTIA.

**D**EDECUS haud rarum est gemino frons of-  
sea cornu.  
Mista maritali glutis absinthia melli,  
Nec sapis: o meritus, cui præbes ora, capis-  
trum!  
Sum Procer: Hæc mihi, tota desperande Poë-  
ta  
5 Anticyra? Hæc tibi; nam quis risus aptior  
unquam  
Elicere, adveniat quamquam Sarmentus, &  
ille  
Gratus Galba Seni Caprearum, aut scurra  
Caballus,  
Panniculûsve, fuit vel quisquis ridiculus vir?  
Tolle tuos luxus, Proavos quoque. Non mi-  
hi mos est  
10 Quarere qui genus? An dites? Sed trans-  
volo fucum.  
Intolerabilius fuerit, si diceris Heros,  
Quam si Tiresias dicatur cernere acutum,  
Bellator Drances, Patriæ Catilina fidelis,  
Siccus Silenus, Craso locupletior Irus.  
15 IN MAGNIS domibus præstans atque op-  
timum & aptum est  
Omne quod haud loquitur: loqueris quicum-  
que, recede.  
Villarum nemora ampla colis; vel prodiga  
fructus,  
In non frugiferos aut luxuriantia ramos.

Ne-

## 38 EQUITIS BOTELHI

Neglecto interea serpunt animo tribulique,  
 20 Vulnificus rubus, atque filix, lappæque tenaces.  
 Ac ( veluti lupus , aut apri ) se erumpit in extis  
 Invidia , Ingluvies , Iræ , Lascivia , Luxus ,  
 Impietas , Fraudesque , Superbia , pluraque  
 monstra .  
 Lethifera . Ut pestis vario te dente momordit ,  
 • 25 Impar saepe tibi , stimuli agitatus acerbis ,  
 Erras multiplici Lernæ truculentior Hydra .  
 Hunc vultu implacido , gemmata veste coruscum ,  
 Ritè Jovem dicam . Stellantis fulgere rhedæ  
 Et Venetis pulcræ speculis , auroque micantis  
 30 Turgidus insedit , totamque exterruit Urbem .  
 Attonitæ gentes sacros fortasse tumultus  
 Curribus , & tonitrum credunt cessisse Tonantem .  
 Ne desint flammæ , scintillam fervida saxis  
 Ungula ferratorum excudit quadrupedantum .  
 35 Nobilis est , ingens pretio Virtutis avorum .  
 Ergo erit & columen regnis , columenque  
 Regenti .  
 Digna quidem ut capiat summas Respublica  
 grates ,  
 Quod titulis , opib[us]que simul cumulaverit ,  
 & quod  
 Quanta alere innumeros possent , impenderit  
 uni .  
 40 Decoquit antiquos census , alienaque latro  
 Non reddenda petit , cunctorumque immis-  
 uit rem .

Af.

## SATYRA TERTIA. 39

Assiduè positos populabitur alea nummos ,  
 Corporis & pariter pars pessima . Munera  
 felix  
 Lena habeat , nec scurra minus ; quaestum-  
 que placendi  
 45 Ambubajarum capiat manus , & balatronum .  
 Latro ergo imperium , latro lex , latroque  
 Regnans :  
 Debita Virtuti rapiunt , ditantque latronem .  
 Est Procer ( ut passim ) qui non industrius ,  
 & qui  
 Maxima jactabit lautos proferre tumultus  
 50 Venator , plausuque tumet strepituque Clien-  
 tum  
 Splendida cum stratae maculant venabula  
 prædæ .  
 At facinus summum vobis , si vulnere vestro  
 Occubuit taurus , populi plaudente corona .  
 Optarem pecudes , animæ quoque candi-  
 diores ,  
 55 Verba usurparent . Sed habent pecudes quo-  
 que verba .  
 Ausculto ad vestros taurum sic ritè loqua-  
 tem :  
 O genus infandum , persistans anteire furores  
 Quadrupedum , mentis nunquamque capacius  
 illis !  
 Quid malè de vobis merui ? Quid fortè pa-  
 rentes ?  
 60 Quid proavi ? Nam mille modis pecus utile  
 nostrum est ,  
 Et Cerere instruimus latè granaria vobis .

Nunc



## 40 EQUITIS BOTELHI

Nunc vestri miseret. Cupidos mala nostra vide  
Quot mala vos cruciant! Teneas spectator  
oportet  
Nobile seu podium, tabulatave, sive fene-  
tram.  
65 Quantum das? Quanti carchesia dulcia potas;  
Institor hybernat nivibus quæ sedulus Astur?  
Nil est in loculis. Ibo tamen. Auctio fiat.  
Stragula demta toro, membrisque subucula  
demta est.  
Virginitas pretio cedit. Nuptæque maritos,  
70 Quod sumus, id faciunt. Ludus præferrut  
honori.  
Quid si dinumerem turbæ commissa stolatae?  
Et quod pro rebus conductis debeat ille?  
Sanguine taurorum colitis, gens improba;  
Divos,  
Et vestro, multos nam cornu perdit acutum.  
75 Ara vetus, nunquam gavisa est sanguine  
tauri  
Quem mactabat Homo. Superis tribuuntur  
honores  
Nunc homine à tauris mactato. Strage fruuntur  
Si Superi vestra, veniat gladiator, & iræ  
Amphitheatrales. Inimicum concavet ulnas  
80 Ursus in amplexum, lacerandisque artubus  
instet.  
Sed major vindicta placet. Vos, fœmina  
taurus,  
Eunachique boves, meritique revisere sylvas;

Ite,

## SATYRA TERTIA. 41

Ite, agite, & mœsti gregibus sic dicite nos-  
tris:  
Detrectate jugum, terrasque relinquite se-  
yas:  
85 Herculeum transite stetum, Libyæque be-  
nigna  
Pabula querantur. Forsan vel frater Osyrus  
Bos Deus, aut Apis Divos volet. Impia tel-  
lus,  
Qua pereo, dumis horrescat. Gensque re-  
bellis  
Messibus orbata, aut merdas edat, aut edat  
ultro  
90 Cornua, quæ cruciatque suos laniatque co-  
lonos.  
Dixit. Et occubuit, poterat qui vivere Rhei-  
tor.  
VIRTUTEM si demis, erit deformie ca-  
daver  
Nobilitas. Immò Sapiens nil dixerit esse.  
SUNT per Virtutem (Zonarum respice circlos)  
95 Omnia; Phœbeum qua circumvolvit astrum,  
Et qua brumales subterlabentia terras  
Vincta gelu remanent, & sunt flumina pon-  
tes,  
Plaustraque agit solido immersabilis amne bu-  
bulcus.  
Virtute æternat sese, Mundumque fidelis  
100 Et concors Natura Deo. SED NEC DEUS  
ESSET,  
SI NON IPSE DEUS VIRTUS FORET.  
Hinc venit alma

Pax



Pax animi , atque hærcere Deo ; torrénsque  
bonorum  
Dicere quæ verè possis tua ; quæ tua Virtus ,  
Æternusque Dator tibi fortunaverit , & quæ  
105 Nunquam aut Regnatum trepides , aut indi-  
ga Sortis .  
Hinc toto prodesse Orbi , atque expendere  
fidus  
Quid reliquis , quid quisque sibi , & quid  
debeat aris .  
CUNCTA suis quærenda locis . Ebur Afri-  
ca mittet ,  
Eximus Cressa petitur de vite Lyæus ,  
110 Ostro Sidonii , notusque Arimaspus ob-  
rum ,  
Gangem ebenum posces , adamantave , thus-  
ra Sabæos ;  
UNA TAMEN vobis alieno quæritur Orbe  
Pax animi . Sic cordis inops , & Sorte su-  
perbus  
Magna tuis reputas natalibus , an tegat arca  
115 Orbiculis cufis Regum simulacra minuta ?  
An sint Attalicæ vestes ? an pulcra supellex ?  
An rota ? cùm possis fraterculus esse qua-  
drigæ .  
Non populus sic ille fuit , sectator Honesti ,  
Exceptus clypeo , & facta ad sublimia natus ,  
120 Nec puer in cunis . Majorum more , suique  
Herculis exemplo , teneris valuisset alumnus  
Squamiferos illic manibus lacerare dracones .  
Admissus vestras traclat Citharœdus adul-  
ter ,

Haud

Haud secus ac Citharam . Nullusque hirsu-  
tior obstas  
125 De grege Cecropidum . Nec ineptè de gre-  
e dictus ;  
Namque hebes , & durus Virtuti . Vivida fecit  
Saxaque Deucalion , figmentaque prima Pro-  
metheus ;  
Inde lutum proavum , vel avos imitabere saxa .  
Ipse lacertosus torvam generaverat Hypnus  
130 Stirpem . Sed postquam madidos capit Appu-  
la mores  
Psaltria , distentis infans è pellibus exit  
Flava comas , patrem proles imitata Sicam-  
brum .  
Non aliter Gallus , blæsis ubi verba labellis  
Eliquat , accitus thalamo resupinat hiantes .  
135 Rima Cupidineo nulla est non pervia telo .  
Hi studii fructus . Coitum lasciva choreis  
Exprimit . Incaluit . Latebrisque ad furtu pa-  
ratis  
Concubuit verè . Trabeato nupta Sabino  
Ælia , nullorum tentamina spernit amantum .  
140 Ipsa palam medioque foro tenet obvia mœ-  
chos ,  
Omnibus assidueque forabilis . Absit adulter ,  
Non excita rogat , numerat , faciemque ne-  
gantis  
Oscula dum posuit , pluviis madefecit ocellis .  
Hæc præceps , Matri est Patrique simillima  
proles .  
145 Qui Libyes oracula tenes , scitantibus Ham-  
mon

G

Ref.



44 EQUITIS BOTELHI

Responde : Pejus damnum , non esse putabo ?  
An non esse bonos ? Tripodas quassavit , &  
inquit :

DA BONUS esse bonos ; das <sup>o</sup> ej., minora  
dedisti .

Sermo Jovi tecum est , o quisquis nomina ,  
jusque

150 Patris habes . Ergo ductorem delige natis .  
CUI PRÆCEPTOR erit Chiron , æquabit  
Achillem .

Sit pius ille tuus : Divos colat , atque dos  
centem .

IMPROBIUS crimen , noxa & sceleratior una  
est

Non revereri Præceptorem . Pupulus arctè  
155 illum amet & libros . Loquitur quod Græcia ,  
quodque

Roma Vetus , norit . Magnorum exempla Vi-  
rorum

Versatae Grajæque dabunt , chartæque latine .  
CÆTERA deturpant Hominem , Lascivia to-  
tum

Absorbet . Patriæ Juvenis devotus & aris  
160 Arma & equos gaudens tractato , & reddere  
quidquid

Fortem animum corpusque valet ; nec bella  
recuses .

SANGUIS Nobilium prima est patrimonia Re-  
gis .

Si te Musa trahit , noli spoliare sodales .

QUI NON invenit , non Author , simius il-  
le est ;

165 Et

SATYRA TERTIA.

45

165 Et fit ludibrium , ceu miles dirutus aere .  
INDOLE nil moveas invita ; perge sequendo .  
LANGUET arenivago quisquis natat obvius  
amni .

NON METUAS , nomen nisi foedum ; tē ta-  
men unum

Permetue , atque nihil te coram turpiter aude .

170 SUMMA tui tibi sit reverentia . Plura super-  
sunt ;

Et vox in cursu est . At verbis denegat aures  
Cecropides nostris . Etiam sententia turbæ  
Doctorum sic firma sedet : Si litera non dat  
Nummum , nunc libros epulandos trado vo-  
raci

175 Vulcano ; rabie qua tostis fervet arenis  
Africa , serpentum matercula . Nomen inane  
est

Et Fama , & Virtus , dum defunct horrea  
Docto .

Quisquis Aristoteles , quisquis vult esse Cle-  
anthes ,

Pallefecit macra effigies , tenuisque vagatur

180 Trama Hominis , pulpæ umbra , & viva pel-  
le cadaver .

Cur ego desperem pinguescere ? Vana supel-  
lex

Car mihi queratur , qua moesti vivimus ? &  
quam

Vendere non est , ut censem duplicare que-  
amus ?

Proh viles animæ ! Facitis Cælestia mercem .

185 LUMINIBUS contenta suis , & si dñe Vir-  
tus

Def-



## 46 EQUITIS BOTELHI

Despiciat exiguos alienæ frugis honores :  
 Arctoo quid enim confert, aut addidit astro  
 Obsequium magnetis ? Si datur extera mer-  
 ces,  
**PRÆMIA** Virruti Fama est. Hoc Numine  
 rapti  
 190 Semidei caluere. Hoc præcipitante cucurrit  
 Hannibal. Hinc Alpes quassatæ , fractaque  
 rupes:  
 Hinc Trebia , & laceros volvis, Trasimene ,  
 Quirites .  
 Mars hinc immensus Cannarum , & territus  
 armis  
 Aufidus : antra fugax optabat Naïs in Orco .  
 195 SCILICET in nobis Cælestis condita flamma  
 Nobis major inest. Sacræ nec originis uns-  
 quam  
 Immemor , æterni dat pignora fida vigoris ;  
 Novit nosle suum ; & novit quo lumine nos-  
 cat ,  
 Immensæ similis. Mundosque , & culmina  
 Cæli  
 200 Cognatiq[ue] Dei penetralia lustrat , & ipsum .  
 Illi Fama placet , pariter post fata superstes .  
 Famâ etiam gaudent Superi . Sunmoque Deo-  
 rum  
 Plaudentis grata est sonitus opulentior ara .  
 Luscorum est aliquis , nostros qui lumine  
 versus  
 205 Turbidiore legit . Satyrarum fascinat ausus  
 Optandos , rabidusque tuens exurere tentat .  
 Sic Stygis in ripa , nigrior caligine bufo

Stat

## SATYRA TERTIA.

47

Stat tumidis oculis , acieque scatente venenis  
 Terrere aspiciens animas , quæcumque Cha-  
 rontis  
 210 Navigio nondum Fatorum lege vehendæ .  
 Effugiunt miseræ monstrum ; queruloque su-  
 surro  
 Tabificam scatebris iram execrantur Avernisi .  
 At mihi pugnanti Laurus parat alma trium-  
 phos ,  
 Toxica morbifugum removet feralia bacchar .  
 215 EST PIUS & blandus qui pugnax arte me-  
 dendi  
 Flamnis & ferro putres desævit in artus .  
 Agglomera pariles , Arctaloge Cercopi-  
 thece ,  
 Ut risu quatiar ; nec chartam pone , vel œf-  
 trum ,  
 Vel quæcumque procax ope cornicaris amici .  
 220 Putidus hic surdum Dominum modulamine  
 rauco  
 Præfert Numinibus . Pol ! Qua mercede mi-  
 sellus ?  
 Ne sitias fontes Permessidos . Arce dolosa  
 Fert sitis ista famem . DA CARMEN carmi-  
 ne dignis .  
 Si Lalage tussit , Crocale si pulchra pepedit ,  
 225 Concentus dicat Cælestes ( absque flagello )  
 Mævius , & Codrus , Bavii tot , tot Clu-  
 vieni ?  
 ARBITER insanus dederis cùm præmia pra-  
 vis ,  
 Gratuitò tunc nemo bonus . Sed sumite Thra-  
 ces ,

48 *EQUITIS BOTELHI*

Odrysii, Cilices, Numidæ, Arcades, atque  
Britanni,  
 230 Sumite divitias, quantum sitis optet avara:  
Dummodo Psapphonem vestro cantetis in axe.  
Est PSAPPON DEUS INGENS. Hæc resona-  
nare jubemus,  
Cum Psapphonis aves sylvas repetatis opimæ.  
Nostrorum Dux quisque fame pereatque, si-  
tique;  
 235 Æolus hunc premat, & premat undis Enno-  
sigæus.  
Enatæ Arctoas foedare cadavere nudo,  
Eoasve plagas: Noster fuit: hoc tuat esse.  
Pingueſcant Psapphonis aves. IGNobilis  
illa est  
Gloria, quæ nummis emitur. Cunctique per-  
ibunt  
 240 Heroum, factis qui non nituntur, honores.  
Concessura ſolum, quod magna Palatia preſ-  
ent,  
Pars cecidit Romæ. Nero juſſerat ædifica-  
tor.  
Plaudebant Proceres. At vox erat Urbis  
amara.  
Illacrymat mutila, & ſervit; dum ſaxa,  
Tribusque,  
 245 Dilaniat flagrans non exarmata potestas.  
Decreſcente Urbe, immensum tecta aurea  
crescunt.  
Marmoreis pulcher Vertumnus forſitan hor-  
tis  
Invidet. Æquoreus ſpumantia cærula Rector  
Mu-

*SATYRA TERTIA.*

49

Mutare exoptat stagnis. Hoc Tethyos almæ  
 250 Nereidumque chorus. Nova velles æquora,  
Triton,  
Squamisque greges cauda ſecuiffe bifurca.  
Namque mare undosum stagna expatiata Ne-  
ronis:  
Satque Tridentiferi turbam explicitura natan-  
tem.  
Tot stagnis, totidem faciendis undique rivis  
 255 Fluxit aquæ multum; plus ſanguinis. Obruit  
adſtans  
Et pecus, & gentes. VARIÆ nimiaque  
phrenesi  
Cæſaris Imperium & Romanos immolat ipſe.  
Venalis Prætor, venalia jura Senatus;  
Namque (nefas!) AVIDI jam munus Judi-  
cis, atque  
 260 Mercatoris idem eſt. De theca Principis em-  
tam  
Justitiam populis vendit cum fœnore Judex,  
Inde prius numerata pecunia conduplicatur.  
IN QUIBUS es terris, justis conatibus unus  
Qui metui metuas, & ames (Regnator)  
amari?  
 265 Oderit, & trepidet populus; repleatque Re-  
gentum  
Thesauros gazis. Spolietur rure, domoque,  
Et victu, & patria, natisque, & conjugi,  
& ipſo.  
Imperium, vasti ſceptra & ſublimia Mundi  
Saturno erepta: impatiens ut Juppiter illi,  
 270 Eripuit Fortuna Iovi. Rapto imperat Orbe,  
Fun.

50. EQUITIS BOTELHI

Fungitur & Casus legis vice. Talia Romæ  
Clamabat dolor, & furiata licentia fandi.

CUNCTA potest qui justa potest, injusta-  
que damnat;

Nilque potest qui cuncta potest. Tutamina  
sceptri

275 Fama cadunt & amor. Te Despote jura re-  
cedant

Dignaque luctifico planctu, scenâque cruentâ  
Syrmatis, infausta & moesti feritate cothurni.

Sponte sua faciles olim coluisse feruntur  
Orpheus faxorum nimbi, retinente canore

280 Threicio. Motos stupuit Rhodopeïa tellus  
Et peregrinantes lapides in nubibus. Est nunc  
Segnities illis, & pigra libido soporis.  
Obruere ah! revolent, istos, istisque faven-  
tes.

Sæpe libidinibus laudum tibi verminat au-  
ris,

285 Venales animi nituntur scalpere; frustra:  
Nil horum. Venit derisor, venit Anubis  
Latrator, pacemque negat, mordetque, tenet-  
que.

Quisquis ades bonus, adsis; quisquis es in-  
vidus, atque  
Injustus, procul hinc; & te malè Numinis  
perdant.

QUAR-

51



QUARTÆ SATYRÆ ARGUMENTUM.

*DERIDET POETA PHILOSOPHUM PYRRHO-  
nem, qui rerum existentiam dubitabat. Afferit ta-  
men Botelbus, illarum apparentias fallaces esse. Quod  
roborat Solis, Siderum, Elementorum, & Homi-  
num exemplis. Hispaniam laudat, Virtutibus feli-  
cem. Admonet eamdem, ne obliviscatur prælia exi-  
tialis, quo RODERICUS, ultimus Gotborum Rex,  
ob corruptos mores, ab regnis depulsus fuit. Se-  
nem denique se Vates fatetur. Mandat Musis, ut  
funus ipsius floribus, & aromatibus nobilitent.  
Aditque parvam insulam propter Salmantensem Pon-  
tem ab Hercule extructum; & ramis Insulam  
ob umbrantibus suspendit lyram, non amplius  
(ut ait) tractandam.*

SATYRA QUARTA.

*P*YRRHONEM totum Scriptor quicumque re-  
legat,

Non sapiet mecum; nec dignum laude  
putabo.

Sit licet hic Criticus Venusinus, Horatius  
inquam,

In lyricis Princeps, emuncta nate timendus,  
5 Et qui se in Cynum transformat; catena  
verax.

H.

In-



## 52 EQUITIS BOTELHI

Integer est Pyrrho stultus; prudensque probusque  
 Dimidiis, lympham quis miscet aceto:  
 Sunt res. At rerum visos contemnere vultus;  
 De tactis nec habenda fides. Sententia nostra  
 Hinc pendet, firmans: NIHIL esse quod esse  
 se videtur.  
 Sol oriens Orbi reparatum reddidit Orbem;  
 Quem Chaos obruerat nocturnum. Panè  
 creatur,  
 Nam Mundus cum luce redit. Crystallina  
 nusquam  
 Hospitia; igniferis transfumant curribus algæ;  
 Astra novo cedunt hebetata Hyperionis igne,  
 Et dubiæ languens intermicat orbita Phæbes.  
 Imperat exultans Zephyris Natura volatus  
 Floriferos, avibus modulamina, nubibus os-  
 trum,  
 Perspicuos rivis risus, pompaque viretis:  
 Irim mentitur (flamma feriente pruinis)  
 Omne nemus. Fulgent gemmanta rore li-  
 gustra,  
 Cumque rosis violæ, & fragrantis amaracis  
 horti  
 Deliciae, & nardus, cunctisque in frondibus;  
 Iri, es.  
 Utque nurum famulæ (sponso adventante) so-  
 rorque  
 Vestibus, & formam gemmis augmentibus or-  
 nant:  
 Sic Natura novos cultus meditata, novosque  
 Ins-

## SATYRA QUARTA.

Induta ornatus, nitido se tradit amanti.  
 Illum non falsum dicit Maro. Credite,  
 Vates.  
 Sed Solem falsum dicam, falsumque Maro-  
 nem.  
 Nam si oculus vitreas assumat pervagus alas,  
 Summa petens: nebulas turpes, maculásque  
 nigrantes  
 In Sole aspiciet, referentes forsan Avernum.  
 Sic reliqui flagrant, quos puros credimus  
 ignes.  
 Fœmineum retinet Cytherea in sidere mos-  
 rem;  
 Et constans sibi, non minus est mutabilis,  
 astrum,  
 Quam mœcha. Inversis faciem sine fronte  
 figuris  
 Innovat, ultra etiam species formásque Dia-  
 næ.  
 Credis Apollineo Saturnum lumine clatum.  
 Tractus at immensus Coeli vetat. Ipsaque  
 Solis  
 Fax longinqua perit, nec ad Orbem perve-  
 nit illum.  
 Præbent fulgorem nitidissima corpora circum:  
 Parvi quinque globi comites. At sidera sum-  
 ma  
 Igne micant proprio. Dubia caligine paucis  
 Perpetua imminuunt hebetantque crepuscula  
 Lucem.  
 Innumeræ Soles, Lunæ, Stellæque rotantur,  
 Terrarumque globi; vasto quoque gurgite  
 fontes Ocea-



Oceani, unde haustum sientia sidera du-  
cunt,  
Humentesque animos. Arctoi Signa recessus  
Quæ bene Sidonias proras, Grajasque gu-  
bernant,  
50 Immota & gelido frigentia comprimis axe:  
Deliras. Frigetque tibi mens inscia tantum:  
Ursæ namque duæ, quatuor superare volatu  
Solis equos norunt. Circumvaga lumina plu-  
res  
Lustrant extrema latitantes margine Mundos.  
55 Ad latus est nostrum locus illis. Inde veter-  
mur  
Obliquos reserare sinus; aciemque fefellit  
Semita, & illudens minimos arctatur in or-  
bes.  
Catera mille modis visus fallentia nostros  
Inveniet, meliora dedit cui pectora Titan,  
60 Et cui plus radii posuit sub corde Promes-  
theus.  
Proxima te quatuor fallunt Elementa. Pu-  
tabis  
Discordesque Duces, propria & statione ma-  
nentes.  
Desipis. Ætherei devexa altissima Mundi  
Assumpta levitate, Fretum, Tellusque perer-  
rant,  
65 In Barathrumque graves incumbunt Ignis &  
Aëris.  
Concordes, cunctique fovent, cunctique fo-  
ventur.  
Unda Ignem juvat, Aëris Terram, pulcher  
Amoris

Ardor amans omnes Ignis face reddit aman-  
tes.

Inter se placidi connubia mutua jungunt.  
70 Hinc animæ innumeræ, & fervet repetita  
propago.  
Immò unum quatuor dicas Elementa neces-  
se est.  
In sese assiduè vertuntur, bisque duorum  
Vivida compages nexus coalescit ad instar  
Geryonis, rituque novat sua corpora Protei.  
75 Tartareos montes vastis fornacibus Ignis  
( Vitalisve calor spatiose corporis ) Undæ  
Immistos exurit. Et hinc alimenta globusque  
Flammaque habet. Pulmo Aëris indefessus an-  
helat.  
Et miro cunctis effervescentibus æstu,  
80 Destruitur pariter, pariterque refingitur Or-  
bis.  
Hasque vices Ignis peraget, Tellusque, Fre-  
tumque,  
Atque Aëris, donec, forma cessante perusta,  
Unda, Aëris, Tellus, Ignisque sit ultimus Ig-  
nis.  
Nil equidem motu vacuum, tardumve, pi-  
grumve,  
85 Mens sinit exagitans operoso Numine mo-  
lem,  
Vivacesque artus; nam prodigaliter ILLUD  
VITALE IMMENSUM vitalibus influit ex-  
tis.  
Quid de seminibus garris Plato? Quidve  
jocaris

Py-



56 EQUITIS BOTELHI

Pythagora? Et reliqui veteris sapientia char-  
tæ?

90 Fortuita informas, Epicure, exordia rerum.  
Sed quid si volitent corpuscula, fœdere  
fracto.

Dissociata iterum? Qua tunc in sede quies-  
cam.

Pensilis, & tractus disjecti turbine Mundi?  
Nil mihi vobiscum. Rimari plurima nolo.

95 Sed piger in Satyram, nugasque, jocosque  
relabor.

Laternam Cynici sidus puto. Plus nitet illa  
A domino; prisca quam tempestate micabat  
Frugibus Argivæ liquidis perfusa Minervæ.  
Dolia nil curans qui risu & dente canino

100 Defricuit toties Cives, Regesque, Duce-  
que,

Inter mille Viros, vafra præunte lucerna,  
Unum Hominem quærit. Mediis quærebat  
Athenis.

Quid si quæsiles Homines ubi dicere nolo?  
Humana occurret specie fixa vera ferarum.

105 Non elephas pius, aut, proles generosa, leo-  
nes;

Sed tigres, ursusque rapax, vulpesque ma-  
lignæ,

Spurcus aper, lupus; & venient grex major  
onagri.

Visos Pyrrho Homines Homines neget, o-  
sceleratus.

Insipidus Pyrrho! Similis sed luce jocosa

110 Exit Alexandri dêrisor, & incola testæ.

Ille

SATYRA QUARTA.

57

Ille etiam docuit, NIHIL esse quod esse vi-  
detur.

Non lego, non video, non audio denique  
verum.

Divinam hanc lucem puteo sepelire profundo  
Nescio cui placuit Sapientum. Fugerat olim,

115 Primaque Virtutum terram indignata reliquit.  
MENDAX omnis Homo, Mundus quoque,  
formaque rerum.

Et qui mendaces neget istos, invenietur  
A non mendaci mendacior omnibus istis.

Vera doces, Unum precor addas: Obyius  
Æmon

120 Attalicis textis, gemma præsignis & ostro,  
Gazæ ostentator, fueritne quod esse videtur?  
Exiguo ceniu, fastu majore laborat.

Fumosam lauti famam petit. Utque profundat  
Prodigus, ipse fame sese consumit avarus.

125 Edere magna parans, & non edit, & simul  
edit.

Sunt quasi fama fames, & fumus. Nomine  
grata est

Pro fumo, famaque, fames; & habere pu-  
tatur

Jam famis ipse famem. Sed dum fumosus an-  
helat,

Fumus abest Laribus, fumum fumo inde fu-  
gante.

130 Jam plaudendus adest. Pulcro sua munera  
profert

India; sepositi Seres fucata dedere,  
Pectine quæ densant reparati viscera vermis.

Non



## 58 EQUITIS BOTELHI

Non ego, quando illi fuerat pro ventre  
crumena,  
Lautum agere hunc dicam. Quid dices ergo? Cacare.  
135 Exonerat loculos ut ventrem. Tot cruciatus  
Invida Tisiphone nescit. NIL DURIUS est,  
quam  
Magnatis fastus cum paupertate. Tumescit  
Certatura bovi rana; & pellem amula tensa  
dens  
Rumpitur. Est horum numerus, quot Nilus  
aristas  
140 Dat Phariæ segeti, vel quot revirescere frontes  
Vere solent, quam multa comam superantia  
sylvae  
(Ab Jano ad Jani repetitas usque Kalendas)  
Delusi & grati auscultant mendacia Reges.  
Talibus, o numquam foedata Hispania lare  
vis,  
145 Dum tua te Virtus, moresque tuentur avo-  
rum!  
Ignibus ambustos olim audio Pyrenæos  
De Calo tactos. Rupes liquefacta metallis,  
In pelagi faciem, gazis opibusque rigabat  
Convalles pretiosa suas. Si flamma resignet  
150 Nunc etiam reliquos montes, hoc more nit-  
ebunt  
Conversi in fluctus scopuli: Nam gentis amas-  
tor  
Dilectam Hesperiam constans opulentat Olym-  
pus.

Est

## SATYRA QUARTA. 59

Est frugum, pecudumque ferax; pietate, ma-  
nuque,  
Heroum Mater, studiis cultissima Phœbi.  
155 Non aliter sordent aquilæ terrena, superque  
Nubes atque Notos Cælum petit; æthere  
puro  
Insurgens glomerat gyros, spiramque retore-  
quet,  
Inque rotas excelsa vagas inflectitur ales  
Quæsitos imitata polos. Sed Sidera quam-  
quam  
160 Et Superos sequeris, Princeps Hispania, tandem  
Libera nunc Vati concedes verba rogamus,  
Qualia nempe suis permisit Roma triumphis.  
Excidat (heu!) numquam memori de pecto-  
re strages,  
Quam Tartessiacis olim dedit Afer in arvis.  
165 REX MOLLIS mollem populum facit. Ulti-  
mus ille  
Regnator valida frustra de gente Gothorum,  
Prolis inops, victusque animi, nec pronus  
ad arma,  
Talis erat; talesque suis effecit Iberis  
Insolidas mentes, corda & titubantia recto:  
170 Nobilis, hortorum secessu, veste Puella  
Deposita, lymphis pulchrōs perfuderat artus.  
Non visus nudam Rex vidit, & astupet illi,  
Et perit, & nescit se visus fraude perire,  
Perque oculos intrant, & non videt ipse ve-  
nena.  
175 Tempora mox, natusque locum, semperque  
repulsus,

I

Blan-

## 60 EQUITIS BOTELHI

Blanditiis miscet promissa , iramque : Quid  
ultra ?

Vi scelerosus eam subigit , potiturque subac-  
ta.

Heu ! quanto Hesperiae stabunt tua crimi-  
na regnis !

Pleniūs & Phrygio raptore , & funere Trojæ ,  
180 Exemplar seclis Hispania mœsta ruinæ ,  
Exemplarque simul memoraberis ipse nocen-  
tum .

Ad lachrymas natæ narrantis concipit æstus  
Ultores genitor . Proh vilia tempora ! grates  
Isti agerent Proceres . Novi . DOMUS illa  
beata

185 Fertur , qua sceptris nata est inhonesta vo-  
luptas .

At Gothus , & terris , & clarus sanguine  
labem

Dedecoris , vellet maestato extinguere Mundo ;  
Excessitque modum , totusque in imagine pœ-  
næ eit .

Delirus Libycis vindictam quærit in armis .

190 Induperatorem Libycum non regna minora  
Mulcebant , nullas quam passa potentia metas .  
Ambitione furens , retinacula summa nigrans  
Creditur Europæ meditatus flectere dextra .  
Humano Generi (dixit) fuit anchora quon-  
dam

195 Tybridis Imperium . Socios , Civilesque meren-  
tes

Donabat sceptris ; misit sub vincla Tyrani-  
nos ,

Le-

## SATYRA QUARTA.

61

Legibus & Reges ipsos servire coëgit .  
Putida me claudent abjecti regna Syphacis ?  
Aut Bocchi ambigui ? CANTU plumisque  
venusta

200 Infelix , miseris volitat quæ rupibus ales !  
Jura dabit mecum majoribus Africa regnis :  
Imperii nostri fiet provincia Mundus .

Hæc memorans , capuloque manum Mavor-  
tius implet ,

Belligerasque jubet latè prodire phalanges .

205 Jam mare velivolis oneratur pontibus , & jam  
Fatales aditus nostram tenet advena Calpen .

Debuerant portenta Deûm prædicere diros  
Hispanis casus , damnumque aperire futurum .

Cur gemini Soles ? & deduentia Matrem

210 Pondere semifero , cur desunt monstra ? ru-  
bentes

Aut putei ? lapidumve imbres ? Ubi voce fe-  
rarum ,

Et pede turbatæ Urbes ? Sed quæ nuntia cladi  
Omina sufficerent ? Ulularunt urbibus ipsæ  
Arrepta feritate Urbes , rabidæque cohortes .

215 Largius haud unquam patuit , quot sava pe-  
ricla ,

Quotque feræ est Homini certans Homo . Sa-  
xeus imber ,

Armorum torrens , puteique fuere rubentes  
Ipsorum immenso fluitantia regna cruore .

Multiplices Soles poteris , qui cuncta coque-  
bant ,

220 Regnantes dixisse novos . Si monstra requiris ,  
Portentum , monstrumque suæ fuit ipse ruinæ

San-



Sanguineus, discors, inversus, & horridus  
Orbis.

Cuncta labant' ferro & flammis. In monte  
tibus Echo

Reddere non notas voces, lituosque la-  
borat.

225 Rex viclus dira properat discedere pugna;  
Atque fugae mandare animam. Lascivus,  
inersque

Destruit imperium, gentesque, & destruit  
aras.

TANTUM errant quoties errant Reges! nec  
ce vili

Persolvunt poenas, nec posteritate quiescunt;  
230 REGNORUM fortuna cadit cum moribus,

atque

Mutata Imperium mutatum fatâ sequuntur:  
Hosti quem timuit, populus se tradit inermis;  
Inviolos mores probat usus, membraque ves-  
tem,

Lingua sonos, cervixque jugum. Quò gloria  
prima!

235 Quò vultus abierte Dei? Cum moribus ab-  
sunt.

Ecce revertentes iteras, gens mira, trium-  
phos;

Quos Virtus revocata dedit, revocatque ma-  
nendo.

Hæc super incultis animis dictare juvabat,  
Dum me detinuit plaudens Salmantica Musis.

240 Prosequenter forsan. Dextro sed Apolline  
quamvis

Mens

Mens viget, Ingeniumque mihi; pectusque  
canorum,

Dedecet ulterius cantu resonare senili,  
Miximus. In senium ventum est. PLACA-

TUR iniqua

Carminibus nec Parca bonis, nec surda Ses-  
nectus.

245 Imminet, & propior falcem Libitina coruscat:  
Immineat. Fatum, suprema, & tempora vitæ

Nec voco, nec metuo. Sacra regione pa-  
rantur

(Heroum sedes) convexa micantia nobis:

Ille ego qui fractus rupta compage jacebit;

250 Non ego, corpus erit. Corpus mihi displi-

cet ipse!

Degravat, & Terræ terrenum pondus inhæ-  
rens

Proditor est animi. Tabescat; qualia sæpe

Extenuata fluunt per inanes nubila ventos.

Spiritus ibit ovans; patriumque reversus in-

axem

255 Sub pedibus cernet tenebris nigrescere Ter-  
ram.

Sic, cum se stupuit geminatum Mundus,  
& acer

Detectis remeare Ligur properabat ab Indis,

Lætitia cumulant redeuntem litora nostra.

Sic rate, cui merito fecit Victoria nomen,

260 Alter adit Nerei jam deficiente claustra;

Undivago vix nota Deo. Soleisque sequutus

Metiturque Globum latè, finesque latentes.

Obyia sed relegens ultro sua litora, terram

Ter-



Terram alacer clamat primus de puppe. Fideles  
 265 Accurrunt comites: terram terram undique  
     laxi,  
 Et patriam, patriam resonant: hilarique tu-  
     multu  
 Itur in amplexus; oriturque furoris imago  
 Plausibus, & veniunt oblia grata laborum;  
 Tunc vos, Pierides, finem cessantis alumni  
 270 Ite coronatum violis; hilaresque volentem  
 Accumulate rosis, Veneris de munere rubris;  
 Aut illis vestri quas Pindi cespite sacro  
 Ventilat omniferis Zephyrus placidissimus alis:  
 Munus odoratum quod nutrit gleba Sabaëis,  
 275 Quæ rigat Eous fragrantia germina Ganges,  
 Virgulta & Casiae redolentia, quantaque pro-  
     fert  
 Cyprus odora Deæ, quidquid splendorque  
     vaporat  
 Phœbeus, peragens reddituræ busta Volucris;  
 Hoc manibus plenis ad funus spargite nos-  
     trum.  
 280 Adjacet Herculeo ponti, nec distat ab Urbe,  
 Insula parva quidem; sed formosissimus amnis  
 Alligat invigilans amplexu, & more draconis  
 Hesperidum, pulchram circumfluus orbibus  
     ambit:  
 Vel diadema putes, fluvium quod fortè co-  
     ronat  
 285 Floribus, & viridi liquida inter cornua fronde.  
 Ornat gramen humum; confinia grandis opacat,  
 Ignitos Cancri Soles quæ summovet ulmus,  
 Dulce avibus columen. Plaudentes cantibus  
     optant  
     Rum-

Rumpere candiduli nativa silentia pisces.  
 290 Hac melius poterat requiescere Tityrus umbra  
 Lentus, & has cuperent salices carpisse ca-  
     pellæ.  
 Nymphæ prata colunt, fluvii pulcherrima  
     proles.  
 Hic tumulum tenuisse velim. Fortasse cadaver  
 Alite Mæandri mutetur, grataque findi  
 295 Proxima Cycneis albescant flumina monstris.  
 Interea ( nullo repetendam tempore ) ramis  
 Emeritam suspendo chelyn, studiumque re-  
     pono.



## N O T A E

DOCTORIS DOMINI JOANNIS  
GONZALEZ DE DIOS,  
in Salmanticensi Académia primarii  
Humaniorum Literarum  
Magistri.

### Præfatio ad Notas.

**D**IOMEDES Grammaticus de Poëmatum ge-  
 neribus agens, sic Satyram definit. *Saty-  
 ra est Carmen apud Romanos (non quidem  
 apud Græcos) maledicuum, & ad carpenda bominum*



vitia Argeæ Comœdiae charactere compositum: quales scripserunt Lucilius, Horatius & Persius. Et olim Carmen, quod ex variis Poematisbus constabat, Satyra vocabatur: quales scripserunt Pacuvius, & Ennius. Huic consonat Quintilianus (lib. 10. Orat. cap. 1.) *Satyra quidem (inquit) tota nostra est, in qua primus insignem laudem adeptus est Lucilius.* Ibi & Horatium, & Persium laudat. Et inferius: *Alterum illud est, & prius Satyra genus, quod non sola carminum varietate mixtum condidit.* Terentius Varro, vir Romanorum eruditissimus. Ex quorum sententia duæ reserantur Satyræ species. Quarum secundæ scriptores produntur Pacuvius, & Ennius juxta Diomedem. Et de Pacuvio quidem hodie obscuram satis memoriam habemus; de ejus verò Satyris nullam. Ennii Satyræ à priscis Grammaticis sapè laudantur. Porphyrius autem vetus Horatianus interpres utriusque meminit ad Satyr. 10. lib. 1. cuius hæc sunt verba: *Item Ennium, qui quatuor libros Satyralrum reliquit: & Pacuvium huic generi versificationis non suffecisse.* Opus verò illud Ennii ex variis carminum generibus constare, ex ipsius Ennii fragmentis, quæ apud Grammaticos reperiuntur, liquido patet. Ad hujus Satyræ speciem videtur referendum opus illud Petronii, quod inscripsit *Satyricon*, necnon illud Joannis Barclaji parilis tituli. Quibus adde & Satyrici nostri fabulam, cui titulus, *Satyricon*, ò *Cœcas de Salamanca*.

Verūm, his præmissis, priorem Satyræ speciem, nobis propriorem, pertractemus.

Hujus Authorem Lucillium fuisse, præter

Quin-

Quintilianus testimonium, constat ex Horatio diente lib. 2. Sat. 1.

..... *Quum est Lucilius ausus Primus in bunc operis componere carmina modum,* &c.

EIAM Sat. 10. lib. 1. ubi sic de ipso Lucilio:

..... *Et Græcis intacti carminis auctor.*

Ubi Porphyrius: quem inventorem bujus carminis meritò dixit, quia primus Lucilius Satyrica carmina scripsit. Et quia hujusmodi carmen maledicum in locum veteris Comœdiæ succedit, in qua etiam in probos maledicta cojiciebantur, lambicis trimetris usum Lucillium constat, quod iambus pes esset aptior ad maledicta, ut ex ipsius notatione constat: *iaμείζειν* enim idem est, ac *maledicta jacere in aliquem*, & illum probris figere. Hoc firmat Horatius cum ait:

*Quem criminosis cumque voles modum  
Pones Iambis.*

Quod autem Lucilius hujusmodi carminum genere usus fuerit, constat ex ipsius Satyris, cuius Fragmenta collegit, disposuit, & Notis illustravit Franciscus Jani filius Duosæ, è cuius Lucillii 38. lib. hæc decerpst.

*Concedat homini id quod vult, deliniat,  
Corrumptat prorsus, ac nervos omnes eligat.*

Hexametris etiam usum fuisse patet ex ipsius Satyris. Postiores verò Poëtæ Satyras suas hexametris tantum versibus adornarunt, ut Horatius, Persius, Juvenalis, & alii. Quos novissimè feliciter imitatus est Botelhus noster: (de cuius Satyralrum itylo, & elegantia plura inferius.)

K.

Jam:



Jam verò quod ad Etymon vocabuli pertinet, non satis convenit inter Grammaticos. Quidam enim dici putant à verbo Græco σάτιρω, id est, rideo, vel *labia more canum diduco*, ex Phoroni sententia, qui, *Satyri*, inquit, *ex eo nomen fortiti sunt, quod ore more canum diducto, rideant.* Alii à farcimine variis rebus referto, per similitudinem variorum factorum, & personarum Satyram nominatam voluere: & tunc quidem scribunt *Saturam*: quam sententiam tuetur *Sanctius noster*. Alii à *Satura lance*, variarum primitiarum plena ad sacrificium. Alii à *Satyrā Lege*, quæ una rogatione multas res comprobaret.

Omnium autem optimè, ac verissimè censem revidentur, qui *Satyram* à σάτη hoc est, *sat* *litate deflectunt*. Hoc præter alios multos, probat Theocriti Scholiaites, dum ait: Οἱ Σάτυροι, καὶ εἰ πάνες εὐεκπίφοροι πρὸς τὰς σωματίας. οὐπ δέ οἱ Σάτυροι τοιχῶι, δῆλον απὸ τοῦ οὐρώματος. απὸ γὰρ τοῦ λάθης πεποίη ὁ Σάτυρος. Σάτη δὲ η̄ εἰς τὴν επιθυμίαν σκηνόρωσε, Οὐτε *Satyri*, Οὐτε *Panes* prouti sunt ad Venerem. Quod autem *Satyri* sint tali ingenio, ex ipso nomine constat. *Satyrus* enim à Sathe dictus est. Sathe verò est inflammatus impetus ad libidinem, Οὐτε.

Amat *Satyrā Ironias*: etenim clam, & sub specie laudantis, cum risu mordere consuevit. Gaudet argumentorum varietate. Nam instar *Satyri* capripedis huc, & illuc sine ordine & modo excurrendo exultat: unde nonnulli *Satyram* à *Satiendo* dictam existimatunt.

In *Satyrā* laudatur ingeniosa inventio, frequens,

quens, & acuta sententia, vis & acrimonia: descendendi acumen, facetiæ, urbanitates. In verbis exceptitur proprietas, & elegantia: in versibus apta compositio, in acerbitate jocus. *Satyra* denique neque scurrilia, neque plebeja, neque obscena quandōque verba reformidat.

E re præenti visum est circa *Satyrici Poëmatis* staturam, seu versuum numerum (cùm nullus, quem viderim, id hucusque tetigerit) quid sentiam breviter aperire.

Antiquiores *Satyrarum Scriptores*, & aliorum Poëmatum Auctores, tandem prosequuti propositum videntur, quandiu Poëticus ille furor, cuius calore agitarentur, pro re suscepta duravit. Hoc non raro accidisse testantur nonnulla virorum doctorum opera manca. Unde conjectari licet, *Satyras* tum veterum, tum recentiorum, nulla hujusmodi Poëmatis habita ratione, proditas esse, vel pro scribentis libidine, vel pro suscepta materia, aut calore mentis centro agitatæ. Hanc nostram conjecturam firmant laudatissimi *Satyrarum Scriptores Persias*, *Juvenalis*, & *Horatius*. Nam *Persii* prima *Satyrā* 134, tertia 118, quinta 190 versibus continetur. Secunda 75, quarta 52, sexta 80 versibus concluditur. *Juvenalis* simili imparilitate laborat, immò majore. Est enim, quæ sexaginta versibus concludatur: & quæ usque ad sexcentos sexaginta decurrat. Nec dissimili imparalitate procedunt *Horatianæ Satyræ*, sive *Sermones*. Nam cùm pleraque centenarium numerum non multum excedant, pauciores infra quadragenarium descedant;

## PRÆFATIO

deant; una (*libri secundi tertia*) trecentorum vi-

ginti versuum numerum supergreditur. Hoc cer-

te quiddam mostrotum, & rationi minus con-

sentaneum videtur: veluti si quis gigantes, &

pygmæos fratres adstruat ab iisdem parentibus

generatos.

Nos ipsius Horatii præceptis inhærentes ajentis;

*Est modus in rebus, sunt certi denique fines,*

*Quos ultra, citraque nequit consistere rectum,*

& re accurate, ac maturè persensa, illam Saty-  
ram modum tenere, & congruentem mensuram  
servare statuimus, quæ nec infra ducentorum quin-  
quaginta versuum numerum desideat, nec attingat  
numerum trecentorum. Hoc Poëmatis hujus na-  
tura postulare videtur, cum per illud Lectoris,  
vel Auditoris intendatur ad tempus animi relaxa-  
tio: cui multò jucundius erit Poëma, si uno (ut  
sic dicam) ductu totum opus perbiberit. Hæc  
præcipue dicta sunt propter sextam *Juvenalis* Sa-  
tyram, ad sexcentos sexaginta versus (ut præmi-  
sum) excurrentem. Nec tamen probamus bre-  
viores illas Horatianas, quas prodidimus, cùm  
tantum videatur Poëta Lectori propinasce. Auream  
mediocritatem cum Horatio ipso laudamus: &  
quem idem statuit, probamus modum & medium;

si quidem

..... *medium tenuere beati.*

Hunc modum tenuisse Botelhum nostrum video;

hominem (pace aliorum) eruditissimum, & ad  
unguem factum.

De Satyræ stylo, & sermone nonnulla etiam  
præmittamus opörtet. Hic sub initium (ut hu-

mas

## AD NOTAS.

manæ res ferunt) imperfectus, limâque dignus  
fuit. De Inventore *Lucillio* sic *Horatius* lib. I. Sa-

*tyra* quarta.

..... *durus componere versus;*

*Cùm fueret lutulentus . . . . .*

*Garrulus, atque piger scribendi ferre laborem;*

*Scribendi recte. . . . .*

*Lucillii* stylum limavit *Horatius*; non sic tamen,  
ut hebetudinem quamdam, & duritiem non præ-  
se fecat. Ait idem *Horatius*, illum habendum Poë-  
tam, cui sit vis ingenita ad carmen, & mens di-  
vino furore percita ad altiora, quam ut humana  
credantur, concipienda, atque os, quod debite  
concepta, magnificè, & altisonè eloquatur.

*Ingenium cui sit, cui mens divinior, atque os*  
*Magna sonaturum, des nominis hujus honorem.*

Cùm igitur *Satyra* sit Poëma laudabile, neque  
despiciendæ magnitudinis, stylo Poëtico (qui est  
omnium sublimior & præstantissimus) scribendam  
esse censemus.

Superavit aliquantulum *Persius* Horatium Sa-  
tyrici carminis elegantia, & stylo. Sententiis ta-  
men adeò obscuratis est usus, ut de illo merito  
cecinerit Ovvenus:

*Scripta tenebroſi lego, non intelligo Persi.*

*Lectores nimium despiciit ille suos.*

*Juvenalis* utrumque & sublimiore stylo, & sen-  
tentiarum perspicuitate longè antecelluit. Botelhus  
vero noster ad eam sublimitatem, & elegantiam  
Satyras perduxit, ut pro hujusmodi Poëmatis ab-  
solutissimo artificio, & speciosissimo dicendi ge-  
nere nihil amplius desiderari possit.

Nec



Nec Satyrici nostri sublimitas quidquam detrahit perspicuitati; siquidem illius Satyræ multò sunt clariores, & intellectu faciliores, quam Satyræ *Juvenalis*, quæ reliquorum Satyras & elegantia præstant, & perspicuitate. Abundat etiam Botelhus jocis, ironiis, sarcasmis, facetiis, & scommatibus, quibus ornari debet Satyra, & per quæ vitia ridicula, & vilissima referantur. Denique pro Satyrico nostro percipiendo, *Juvenalis* accuratè lectoribus introspectiendus, & versandus: ut Botelhus, quemadmodum purpura juxta purpuram, non injustè dijudicetur. Hanc sententiam ferunt eruditi viri, qui optimorum veterum Poëtarum Latinitatem coluerunt, & callent. Sed (tempora!) judicium, & decisionem sibi assumunt, qui primoribus labris, &, juxta veterem parœmiam, ut *canis Nilum*, in transitu Latinitatem præbiberunt.

Gratulor Salmanticæ nostræ, quæ sapientissimo, & cælesti genio prædita, non solùm propriis magnitudinibus ornatur, sed etiam (velut illa Ægypti præfulgida turris, quæ inter septem Mundi miracula numerata fuit) inocciduo, & incomparabili splendore suo in portum Artium, & Scientiarum Heroicos, & sublimiores viros unde quaque evocat, & mirabiliter attrahit.

## NOTÆ IN PROLOGUM.

**V**ERS. 1. *NOSCITUR A MULTIS*, &c. Infrenatae libidinis impotentiam insectatus Auctor, sub *comœdiæ* nomine (quæ revera tota homini-

## IN PROLOGUM.

minum vita dicenda est) Marcum, & Laufejum inducit, perditissimos scortatores: alterum Afram meretricem, donec in egestatem redigeretur, argento, gemmis, auro prodigaliter ornantem, siue onerantem: alterum pudoris, & famæ turpiter prodigum, Gallam, notissimum scortum, uxorem ducere sibi impensè gratulantem.

5 *PER FATI BLANDITUS*, &c. Arribente fortuna. Simili verbo usus est Lucretius lib. 2. vers. 172.

*Ut res per Veneris blanditum secla propagent.*

7 *ABJICITUR PAUPER MARCUS*, &c. Postquam opes ejus omnes absorbuerunt Afra scortum, & lena mater.

9 *NEC MAGIS irradiat*, &c. Ionem intellige, Jovi dilectam: quæ in vaccam ab ipso Jove mutata fuit, ne Junoni pateret adulterium. Eadem mox in Ægypto pristinam formam obtinuit, indulgente Junone mariti precibus. Ibique sub Isidis nomine dea ab Ægyptiis adorata fuit.

10 *AXE PARÆTONIO*, hoc est, in Egypto: quæ regio ita dicta est ab urbe Parætonio prope Alexandriam, quam Ammoniam vocant. *EXUITA JUVENCAM*. Amissa vaccæ persona.

11 *NON PALLAS*, &c. Præfertur Afra Veneti, Isidi, sive Ioni, Palladi, & Diana. De Iside, sive Ione diximus. Reliquum venustas commendatur frequenter à Poëtis. Palladem dictam volunt οὐδὲ πάλλας η δόρυ, quod hattam ferens, quasi vibrare videatur. Dicitur etiam Minerva, Scientiarum, & Bellorum præses. Utrumque nos ter luculenter exprimit infelix versu 135. Diana silvânum, & nemorum dea putata est.



16 *AD MENDICATAM CONCHEM.* Conchis cibi genus ex faba, quo mendici alebantur. Itaque Juvenalis sic inopem quemdam interrogabat: *Cujus conche tumes?* Sipontinus ait, esse fabam cum suo cortice elixam, à similitudine concharum, quod, fracto cortice, velut implicita conchis suis caruncula videatur.

30 *POPULIS DAT JURA MARITUS,* &c. Ludit in verbo *Dare*: quod de fœminis obſcœnum quidem verbum est: significat enim, viris gratificari, & morem gerere, ne dicam mœchari; quale est illud Martialis epigrammate 56. libri 2. de uxore Galli.

..... Non solet illa (inquit)  
Accipere omnino. Quid solet ergo? dare.

32 *UNDE HÆC FOEDA LUES?* Propositæ, & sugillatæ turpitudinis, in causa esse, ait, lasciviora carmina. Cumque hæc frequentiora apud Ovidium legantur, ideo hujus Amatoria taxat, ipsique objicit mollitatem.

41 *VIDISTI,* &c. Poëta noster eorum sententiam tenet, qui Augusti cum ipsa nata turpissimi incestus consciū Nasōnem faciunt: Imò spectatorem ipsum reddit. Plura super hoc Ovidii interpretes, & alii: nos rem in medio relinquimus.

49 *AEGROTON ANIMO,* &c. Animorum ægrotudines, vel potius hominum insanias confert cum corporum per Autumnum ægrotationibus: quo tempore plurimæ esse solent juxta Hippocratis Aphor. sect. 3. Aphor. 22. ubi ex Græco sic habetur. *Autumno astivi etiam multi morbi,* & febres quartana, & incerta, lenis tumor, aqua inter-

ter cutem, tabes, urinæ difficultas, intestinorum tum levitas, tum difficultas: coxae dolores, anginae, anbelationes, intestinorum parte quapiam coarctatio, epilepsia, insania, melancholia. Hinc (quid mirum!) uberior messis provenit Medicis, Pharmacopolis, ædituis, & Vespillonibus.

52 *HEU! UBI NUNC,* &c. Lamentatur seculi nostri vicem ex recordatione illius aurei seculi sub Saturno rege.

54 *CUR SATURNE,* &c. Saturno objectat amisam illam primævam felicitatem, quod stultus pro Jove filio, quem voravisse oportebat, saxum deglutisset. Nota est fabula.

61 *GNOSSIACI POPULI,* &c. Corybantes intellige, Cybeles Sacerdotes, qui Jovem aluisse dicuntur: tympana jugiter pulsantes, ne Saturnus puerum vagientem audiret. Dicti Gnossiaci à Gnosfo urbe Cretæ clarissima, quò ex Ida Phrygiæ monte navigasse feruntur: ibique montem incoluisse, quem à nomine relicta sedis etiam Idain appellant.

62 *SÆPIUS HÆMONIDUM,* &c. Hæmonides ab Hæmonia, & hæc ab Hæmo monte, quæ alio nomine dicta est Thessalia. Inde Hæmonides dicuntur Thessaliæ mulieres, à magicis incantationibus celebratissimæ. Crediderunt antiqui, lunam esse magorum incantationibus subditam, rubore in modum sanguinis, contrudi, quò vellent magæ, cælo deduci, despumare in herbas. Laboranti illi (quod in ecclipsi fieri credebant) cymbalorum crepitum, & tinnitibus subveniebant.

65 *CLYTIEQUE,* &c. Clytie nympha quædam fuit,



uit, aliquandiu ab Apolline adamiata. Verum cùm iæc Apollinis cum Leucothoe concubitum Orchano, hujus patri, indicasset zelotipæ stimulis agitata: iratus Apollo odio gravissimo eam prosecutus est. Ea verò amoris impatiens, cibo, & potu abstinentis, Solem, quacumque teneret iter, oculis sequebatur. Tandem fame, & dolore consumta in heliotropium mutata est. *Ovid.* 4. Metam. Ab hoc flore sumta est metaphora in assentatores.

66 *UNDA CREAT PISCES*, *Gr.* Pulcrum Asyntheton, quod ornatur zeugmate & syllepsi.

68 *JUS ERAT IN PRETIO*, *Gr.* Delatores abominatur, in optima quaque republica semper execrandos. Trajanus apud Plinium juniorem, ipsi prescribens, jubet ipsum despicere occultas in Christianos accusationes, hæc adjiciens: *Nam & pessimi exempli, nec nostri seculi est.* lib. 10. Ep. 102.

72 *TORPET ARISTORIDES*. Argus Aristoris filius, quem centoculum cum Mercurius sono citharae somno succumbere fecisset, interfecit, rapuitque ionem, quam sub vacce specie servare à Junone jussus fuerat.

74 *LAUDO SATYRAM*. *Gr.* Probaretur (inquis o lector) Satyra, si lecta prodesset. Verum, quis leget? ait. Aliqui fortè. At legant quamplurimi: vix tamen unas ejus monitis insisteret.

76 *TAMEN INCLITUS UNUS*, *Gr.* Si ex Satyram lectione unum probum factum conceperis Poëtæ, maximas Satyris gratias agendas censendum est: hic nempe unus pro mille habendus.

78 *DARDANIAE STANTIS*, *Gr.* Post pulcrum in-

inter Trojanos, & Græcos pugnæ hypotiposin; firmat Poëta propositam sententiam super unius probitate commendata, prius Hectoris exemplo, posterius Ciceronis.

80 *STAGNANTIOR EXIT*, *Gr.* Xanthus fluvius, ut Achillem, Trojanis infestissimum, arceret, &, ut optabat, undis obrueret, accito in auxilium Scamandro vicino flumine, multum æstuans, & furens, in sublime purpureos fluctus efferebat, & ultra ripas notas explicabat: quos tamen Vulcanus, Junone mandante, flammis coercuit. *Vide Homer. Iliad.* 21. ab illo versu, qui est centesimus trigesimus sextus, usque ad 367.

.... Πεταμὸς ḥ κολωσατο υπρόθι μαλλον.

*Fluvius autem indignatus est animo magis.*

85 *HECTORE FULTUM*, *Gr.* Unus Hector bellum substinuit Græcorum, quo vivente, stetit Troja; sublato, periit.

90 *UNUS ERAT*, *Gr.* Ciceronem egregiè commendat: (& est alterum exemplum) cuius solerti prudentia impii in patriam Catilinæ conatus oppressi sunt. Cum enim Consul exercitum in Catilinam comparasset, hic in acie occubuit. *Sal. in fin. bel. Catilin.* Catilina verò longè à suis inter hostium cadavera repertus est.

92 *PEFUSQUE CETHEGUS, QUIQUE*, *Gr.* Catilina, licet in patriam conjurasset, in acie tamen cecidit. Cethagus verò, & Lentulus, eidem criminis obnoxii, ignobilius vitam finiverunt: siquidem in Tulliano (est locus in cercere) uterque strangulatus est. *Sal. In quem locum postquam demissus est Lentulus, judices rerum capitalium, quibus præ-*



*præceptum erat, laqueo gulam fregere.* Et paulo inferius. *De Cetbego, Statilio, Gabinio, Cepario eodem modo supplicium sumtum est.*

93 *SIBYLLINA NOCTE.* Ex indulgenti sibi Sibyllinorum carminum interpretatione crediderat Lentulus, portendi sibi Romanum imperium: ideo Poëta per jocum regem nominavit. Deridet hanc de Lentulo vaticinationem Portius Latro in *Declamatione contra Catilinam.* *Sibyllina nocte* dixit propter abstrusos Sibyllinorum Carminum sensus.

102 *SED FAMAM,* &c. Ex occasione famæ, Ciceroni ex egregiis factis petitæ, invehitur in eos, qui famam omnia negligendam docent, utpote post mortem supervacuam.

109 *DEMOCRITUS*, ex Abdera oriundus multas peragravit regiones. Ad Gymnosophistas, qui in India erant, accessit. Omnes actus hominum solebat ridere: quia omnia ei videbantur ridicula. Dictus est *πεντάθλος* (quasi quinques vñctor) quod calleret Physica, Ethica, Mathematica, liberales disciplinas: artiumque omnium peritus erat. Hujus est dictum illud, *λόγος ερμηνείας οράτιο Mercurii flagellum.* Ex suida; apud quem vide plura v. *Democritus.*

110 *QUIQUE VOLUTABRIS*, &c. Diogenem intellige, sordidum illum philosophum, qui cum aliquando Platonis domum ingressus esset, ubi is cum amicis convivium celebrabat, aulæa, & peristomata sordidis, ut erat, pedibus conculcans: *Calco*, inquit, *Platonis fastum.* Cui Plato: *Calcas*, ait, *sed majore fastu.* Nam hoc ipsum fastus erat, quod jactabat munditiei contemptum. Et quidem tur-

## IN PROLOGUM.

tūpior est ambitio, ex fuso virtutis laudem captans.

112 *AT TU*, &c. Apostrophe ad Lectorem: qua eum ad instituti sui propiora reddat attentio-

rem.

115 *OMNES VIRTUTES*, &c. Virtutes omnes sub Prudentiam cadere docet Poeta, quam unicam virtutem affirmat, nomina tantum ab actibus variantem. Inde adaptat illi pulcrè Justitiae, Fortitudinis, & Temperantiae, cardinalium virtutum definitiones, quarum omnium, & reliquarum Prudentiam facit moderatricem.

127 *SPIRITUS HAUD ALITER*, &c. Quemadmodum anima sedes est Mentis, Voluntatis, & Memoriae, sic Prudentiam esse vult reliquarum Virtutum præsidem.

131 *SÆPE RUINAM*, &c. Damnat Clemenciam sine Prudentia: imò peccatum esse probat exemplo rei apud Caudinas furcas à Samnitibus cum Romanis gestæ, & à Trojanis cum Sinone. De priore vide *Liv.* lib. 9. Dec. 1. De posteriore *Virg.* lib. 2. *An.*

138 *ARIES.* Machina bellica, qua veteres utebantur ad urbium muros impetendos.

139 *FALARICA*, vel, *Pbalarica* juxta D. Isid. est telum ingens, torno factum, habens ferram cubitale, & rotunditatem de plumbo in modum sphæræ in ipsa summitate. Dicitur etiam & ighem habere affixum. Hoc autem telo pugnatur de turribus quas *phalas* dici manifestum est, (Juven. *Consulis ante phalas*, *Delphinorumque columnas.*) A *pbalis* igitur dicta est *phalarica*, sicut à *muro*, *muralis*. Hac D.

D. Isid. Eamdem originem, & usum tribuunt Feſtus Pompejus, & Non. Marcellus.

146 *HISPANOS FORSAN*, O.c. Continget tibi aliquando iter facere: incidis in latronem: minatur is mortem, ni crumenam reddas. Tu tamen munitus armis (gestas enim) non modò furem arces, verùm ipsum spolias, dum spe rapinæ fraudas.

155 *SIC VITII*, O.c. Collatio viatoris cum Satyrarum lector.

166 *ALTER IASON*. Æsonis, & Alcimedes filius: qui Peliae patrui consilio incitatus, in Colchos navigavit, ut vellus aureum inde asportaret, quod æripedum taurorum & draconis pervigilis custodiaz creditum erat. Hæc tamen monstra Medeæ Colchorum regis filiæ consilio adjutus superavit; & huc illuc, quo libuit, tauros sub iugo duxit.

173 *SEU MELEAGER*, O.c. Hic filius fuit, Oenei, Calidonie regis, ex Althea conjugè. Is aprum Calydoniam regionem latè vastantem interfecit. Immiscerat Diana ab Oeneo spreta.

175 *THESEA SEU SUPRA*, O.c. Theseus Ægei, regis Athenarum filius ex Æthra, Pithei filia. Hic tam multa memoratu digna gessit, ut unus inter Hercules numeretur. Famosiora hujus gesta refert Poëta noster. *Videsis Ovid. Metamorph. 7. fab. 12. & 13.*

179 *FORSAN ET ALCIDÆ*, O.c. Hercules dictus est Alcides vel ab αλκη, quod est robur, vel ab Alceo avo paterno. Præcipua ejus facinora referuntur à Poeta nostro. Vide fusius apud *Ovid. lib. 2. Metam. fab. 3.*

180 *IP-*

180 *IPSE CLEONEOS*, O.c. Cleoneos biatus dicit quasi rictus, & ora leonis, quem in Nemea silva Hercules interfecit. Sunt autem Cleonæ opidum mediocre in via, quæ ab Argis Corinthum dicit. Inter Cleonas, & Phliuntem urbem Nemæa silva consurgit, in qua miræ magnitudinis leo fuit ab Hercule interemitus.

183 *VENENIFERÆ LERNÆ*. Lerna lacus est in agro Argivo, in quo lacu fertur Hercules Hydræ serpentem interemisse, vicinæ regioni adeo infestum, ut locum fecerit proverbio, Λέγεντα καπων, hoc est, *Lerna malorum*. Vide Erasmus. Hanc Hydræ septicipitem faciunt, quam ab unoquoque capite secto plura renovantem, igne Graeco adhibito consumsit Hercules.

184 *GIGAS LIBYCUS*. Anteum intellige, ab Hercule occisum, qui à tellure tacta (cujus filium Poëtæ faciunt) vires recipiebat. Sublatus vero ab Hercule, in aëre necatus est.

186 *PECTORA GERYONIS*, O.c. Fuit Geryon Hispaniæ Rex (ut ajunt:) qui, quod insulas tres, aut tres provincias obtineret, factus est à Poëtis habere tria corpora inter se juncta. Hunc ab Hercule occisum ferunt.

188 *NOBILIUS CERTE NOMEN*, O.c. Post habenda docet hæc (præclara licet) & similia queque herōum facinora Virtuti, & laudibus, quas ex his Satyris hautire potest lector: quibus armato victoriam de vitiis reportare licebit.

192 *NI TUTUS ULYSSES*, O.c. In propositæ doctrinæ confirmationem adducit Ulyssem, vitum prudentem, qui Moly herbam, hoc est, sapientiam, &

& prudentiam à Mercurio accipiens , id est , à ratione , Circeas artes , & cantamina tutus potuit superare , sociosque in sues mutatos in statum pristinum restituere. Herbae molyos inventio Mercurio tribuitur : contraque summa beneficia vim habere demonstrat Homerus lib. 10. Odys. Vide Plin. lib. 25. cap. 4. Homeri Scholiastes sic ait : Μωλυ' Εογάνης είδος τῷ μωλυέω, ὡς εἴνιον αφανίζειν τὰ φύρματα. id est , Moly herbe genus est , dictum ab eo , quod medicamenta valeat hebetare.

198 DUX ITHACO , &c. Ulysses ad sociorum sanitatem Moly herba usus est , tribuente Mercurio. Ego vero ad animorum salutem Virtutem duc-tricem sum sequutus.



## NOTE

### AD PRIMAM SATYRAM.

VERS. 1. QUID DIGITO , &c. Incipit ex abrupto , more Satyrico. EHEU! Dolet Calliope obduratum Poëta animum ad scribendum.

2 ELOQUAR , &c. Insistit Poëta in proposito scribendi Satyram. PIGER PERSIUS. Pigrum vocat quod plures Satyras non dedisset : scripsit autem iex.

3 ET QUO INGENS JUVENALIS: Ingentem

VO-

### AD PRIMAM SATYRAM. 83

vocat Juvenalem , quod plures , & longiores deridet.

4 SUCCUTITUR , &c. Metaphora ducta à consuetudine Olympicorum certaminum : in quibus citatis curribus contendebatur. JUVET ARTES , &c. Commendat se primo ab ingenuarum Artium cultura , quibus Minervam , seu Pallada Scientiarum Deam sibi facilem , & propitiam conciliarit. (NON DURA , facilis , ut sit λιπτόν , ubi plus significatur , quam sonat.) Secundò à vita puritate : utpote cui ( si demas hanc carminis componendi innoxiam cupidinem ) ad nullum tribunal , veluti criminis alicujus reum fisi contigerit.

5 IDEM. Ego. SI PURGOR FATUOS AMORES. Syncedoche Grammatica. Sic Horatius ( in Arte ) Purgor bitem , id est , circa.

8 NEC MI , &c. Indignatio , qua se stimulat , & concitat ad scribendam Satyram , ad quam ingenium ejus propendeat.

11 SERVOS TOT VILIS , &c. Accedit jam ad Satyrae scribenda causas : quarum primam statuit Poëtarum turbam , qui Latini sermonis pœnè rudes , barbarum quid sonent , & inconditum. Hoc declarat Spartaceæ manus similitudine. Spartacus gadiator fuit , Thrax genere , magnis viribus præstans : qui collecto exulum , & fugitivorum non parvo exercitu , bellum ingens excitavit ; adeò , ut mitti Crastum oportuerit , qui conatus ejus reprimiceret. Hoc bellum Servile dictum est.

12 URBIS AD EXCIDIUM.... ARTIS AD EXITIUM Paronomasiā quamdam præ se ferunt.

M

15 RUN-

15 RUNCATRIX. Μεταφορικῶς. Propriè de herbis, & segetibus dicitur, quæ proprietas servatur in revulsit.

20 QUID REFFERT, &c. Quasi dicat, nihil interest, utrum uno me horum numerus augatur: quod confirmat pulcherrima in ranis comparatione. Reffert geminato f per epenthesin.

25 LIMNOCHARIS. Α λίμνη, id est, stagnum, dicta, & χαίρω, gaudeo: quasi, *bagnu gaudens*, amans stagna. Sic ipsa Limnocharis apud Homer. in Batrachomyomachia.

*Εἰμὶ δέ γα τὸ βασιλεὺς φυσίγναθος, οὐδὲ καὶ λίμνη  
τιμᾶ μου βατεάχων εἰσουμενός ηματε πάντα.*

*Sum autem ego rex Physignathus, qui per lacum  
Color ranarum dux dies omnes.*

26 AVATE COAXET. Grandem strepitum cieat, superbiens, quod in Homeri carminibus legatur.

26 ASPICIS, &c. Ex occasione belli nuper in Italia gesti, cuius apparatus describit, sumit alteram scribendi causam, ne, dum alii tot, tantisque rebus operam, & impensas præbent, ipse omnino desidiosè vitam degere videatur. ALECTO, una ex Furiis. Ab a privativa deductam volunt, & ληγω cesso, quasi, non cessans, irrequieta.

28 NEMORA, Hyperbolice, & Synedochicos, pro arboribus. NYMPHS EQUÆVA, ET SCOPULIS. Commendat arborum antiquitatem NYMPHÆ, aquarum deæ, quasi lymphatum numina; sed hic sumuntur pro HAMADRYADIBUS, quæ sylvis, & arboribus putabantur præsidere, & simul cum arboribus nasci, & interire ab α' μω,

α' μω, simul, & ὅπους, quercus, pro quavis arbo-re. Erant etiam Oreades, Dryades, Napææ, &c.

29 BIMARI SATA PYRENEO. Versus sponsaicus. Bimarem dixit Pyrenæum montem, quoniam à Mediterraneo ad Oceanum usque mare Gallos ab Hispanis disterminat.

30 NUMINA PHLEGRÆUS, &c. Hyperbolice commendat Pyrenæi montis magnitudinem, quasi Gigantes exturbaturos è cœlo Jovem, si montem nostrum habuissent, quem in Thessalâ, Græciæ regione, apud Phlegræos campos, aliis montibus committerent.

34 VEXILLIS, &c. Hypallage, pro, Vexilla, in quibus depicti Leones, ruginunt, Euro crepitante. LEONES Stemma Hispanicum.

35 ATAVUS MILLESIMUS HECTOR, &c. Quoniam Galli à Trojanis originem ducere gloriantur.

37 ALLOBROGUM, &c. Sabaudiæ populi, qui cum Gallis, & Hispanis inivere societatem, quam à numero Triplicem vocamus.

38 ANGLORUM, &c. Ab Anglia, seu Britania insula notissima in Oceano septentrionali. BATAVI. Ex inferioris Germaniæ provincia, duabus Rheni alveis bona ex parte inclusa, vulgo Hollandia.

39 BOOTEN CONTERRET, γρηγορικῶς. Est Bootes celeste signum, à bove deductum nomen: Latine *Bubulus*. Vocatur etiam *Aρκτοφυλαξ*, id est, Ursæ custos.

41 CICLOPUM, &c. Verba triplicis Societas. Cyclopum domus, Siciliæ regnum, ubi fama est Cy-

Cyclopes habuisse. *CANORÆ PARTHENOPES*, Regnum Neapolitanum intelligit, cuius Metropolis sic dicta à Parthenope una Sirenum ibi sepulta.

42 *THEUTONES*, Germaniæ populi, à Theutone, ipsis deo: quem Tacitus Tuistonem appellat. Hunc indigenam, & terra ortum existimarunt. *ALBIM*, notissimum Germaniæ flumen.

43 *CUR CYNICI*, &c. Adducit pro se Diogenes, qui quo tempore non procul ab ejus sede pugna gereretur, dolium suum sine modo versare cœpit: cumque causam rogaretur, *Ne inter sollicitos videar otiali*, respondit. *Cynicus à κυνικῷ canis*.

48 *LACHESIS*, interpretatur *Sors*, à λαγχάνει sortiri. Hanc nere, & filum vitæ ducere fabulae bantur. *CENTESIMA MUSTA*. Pulcra Metalepsis.

52 *RHADAMANTHUS*, inferorum judex creatus, justissimus, & maximè severus. Jovis ex Europa filius. Fuit Rex Lyciæ.

53 *AUT FAC*, &c. Παρομιαστικός dictum: quo significatur, jus esse omnibus calumniandi eos, qui male operantur.

56 *AUT ALIUD*, id est, res alienas à muliere suo.

57 *INDE MALORUM*, &c. Hominum pravitatem, & insaniam firmat exemplis Alexandri Macedonis, Appii Claudii, & Domitiani.

64 *PANDITE*, &c. Verba comitatus Alexandri, ad ostium templi accedentis. *JUPITER HAMMON* Colebatur Juppiter in Libya sub specie arietis, quod sicuti Libero patri in Arabiæ desertis, Jovem imploranti apparuerit in forma aries

tis, qui terram pedibus concutiens fontem eliceret. Ob hanc rem templum illic ædificatum Jovi Hammoni ( hoc est, arenario ) consecravit: Græci enim αἱματινὴν arenam vocant.

69 *RELLIQUIAS*, &c. Nulla vi ventorum turbari cineres apud Hammonem post sacrificia mentiebantur sacerdotes, quamquam Boreæ flatibus per vios. Hæc autem in gratiam Alexandri dicebantur.

75 *SALVE magna Jovis soboles*. Maximus Antistes Alexandrum filium Jovis consulat: hoc enim nomine dignatum, ait, à patre Jove. Plutarchus verò ita evenisse refert. Cùm homo barbarus Græcum regem Grecâ linguâ conaretur excipere, pro μαῖδιον, hoc est, fili, dixisse, ait, μαῖδης, & pro γυναικείῳ usurpatem. Macedones autem, & ipsum Alexandrum, divisa voce μαῖδης, fecisse μαῖδης δίος, hoc est, Jovis fili, μαῖδης enim puer, vel filius sonat, δίος Jovis.

81 *THETIM*. *Thetis*, hujus *Thetidos* prima brevi, & aspirata, Nerei, & Doridis Nymphæ filia, mater Achillis: sumitur pro mari. *Tethys* vero *Tethyos* prima longa, cum b in secunda & y, Cæli & Vestæ filia, soror Saturni fuit, & Neptuni conjux. *Vide Hesiod. in Theogonia*.

88 *CANOPI*. Insula in Nili ostio ( ut nonnullis placet ) & ibidem urbs ejusdem nominis, à Canopo navis Ulissis, vel Menelai gubernatore ibi sepulito, sic dicta. Inde Canopicum unum ex Nili ostiis, & Canopitæ, qui Canopicum incolunt.

90 *IMPLEMENT MUNERIBUS*, &c. Recenset nonnulla monstra, quæ superstitionisima Ægyptus sacrificiis prosequebatur. *PHARII* Ægyptii

al



**ib** insula Pharo in ea regione. **IBIN.** Ibis avis ab Ægyptiis culta , quia serpentes alatos , ex Arabia in Ægyptum vere ineunte commigrantes interficit.

**91 ICHNEUMON**, animal est magnitudine felis , quod vulgo muren Indicum vocant. *Vide Plin.* lib. 8. cap. 24.

**96 SEQUANUS**, &c. Inter Poëticas imagines , quas pulcrè producit vates noster , hunc viatorem Gallum finxit , ( Sequani enim gens Galliæ sunt ) Alexandri cineres apitissimè versantem. **EGYPTUM**, ubi Babylon , in qua urbe Alexandri Se, pulcrum.

**106 QUID MIHI**, &c. Postquam taxavit satis Alexandri dementiam , faciurus verba de Appio Claudio Decemviro , Romam adire se simulat , cuius laudes quamdam præ se ferunt ironiam.

**109 SEDET APPIUS.** Decemvirali potestate judex.

**110 PELLE UNDAM**, &c. Id est , amove , & Lictor , hominum frequentiam , undarum mo- re confluentem . Carpit luculentissimè Appium Claudium ( quem adducit in pravitatis exem- plum ) Decemvitorum ultimum , summa potesta- te flagitosissimè abutentein . Nam cum Virginii cuiusdam militis filiam , quam perditè amabat , nec pretio , nec precibus ad libidinem suam ad- ducere potuisse : clienti suo M. Claudio manda- vit , ut virginem in servitatem affereret . Verum cum exequenda esset , ab Appio lata sententia , adveniens virginis pater filiam , arrepto è pro- ximo macello cultro , interemit . Hinc orta sedi- uo ,

## AD PRIMAM SATYRAM. 89

tio , & extincta Decemviralis potestas. *Vide Val.* Max. lib. 6. cap. 1. num. 2.

**116 LAMIÆ.** Nobiles Romani : sic enim di- cebantur , quoniam à vetustissimo Lamo ducerent originem. Hor. 3. carm. od. 17.

*Eli , vetusto nobilis ab Lamo ,*

*Quando & priores binc Lamias ferunt  
Denominatos , &c.*

**120 PRÆCAVE**, &c. Hæc ad nostrates , usque ad vers. 88. jactura puella.

**121 VOS UNDE TIMENDUM EST**, &c. Una de cavere debebatis , & quod oportebat , ut vita- bile , aytereretis.

**122 DECEMVIR.** Pro quo vis potente , & po- tentum æmulatore.

**124 IDMON.** Alium intelligit Appio Claudio vitiosorem.

**126 AD ROMAM REDEO.** Id est , iterum vi- tia Romanorum infector.

**127 NON SPERNENDA**, &c. Domitianum fugillat , Romanorum Imperatorem ex Flavia fami- lia tertium : ( nam primus Vespasianus , secundus Titus. ) Fuit Domitianus hominum vitiosissimus , quem , & ejus imperium luculentiter depingit nos- ter usque ad verbum 181. *de se si credimus illi.* **RUTULIS.** Rutuli antiquissimi Italiae populi. Hic sumuntur pro ipsis Romanis.

**132 LAXAT**, &c. Cerberum significat , ostio inferorum præpositum custodem.

**134 REX FIET**, &c. Irascitur hypocitarum ambitioni , & avaritiæ , qui apud Domitianum in pretio erant.

138 OB.



138 *OESTIPO*, demissio vultu. *LATRINAS*, vicos instar latrinarum sordidos.

142 *INFAMIS*, &c. Perditissimis moribus abundavit Roma tempore Domitiani.

143 *QUIS LATEBRAS*, &c. Perstat in fugillatione Domitiani.

145 *GRÆCULUS*, &c. Habitu, & cultu referens hominem ex Græcia, Armenia, aut Perside, vel aliunde terrarum adiectum.

146 *PERSEPOLIS*. Imperii Persici quondam caput. Orientis Regia dicitur à Curtio: qui eam xx. stadiis ab Araxe distare dicit. Hanc describit Diod. lib. 17. & alii; quorum nonnulli illam esse Elymaidem existimant, cujus in Machabeorum libris fit mentio. Alii vero diversam faciunt à Persepoli, quam hodie *Sirac* vocati dicunt. Dicta est, ut nonnulli volunt, à Perseo Danaës filio, qui in ea post Cepheum sacerum regnavit. *SPARTHA* Peloponesi Civitas nobilissima, Lycurgi legibus olim optimè instituta. Dicta à Spartho Phoronei filio, aut (ut alii malunt) à Spartha Eurota filia; cùm antea Lacedæmon diceretur. *ARTAXATA*, numero tantum plurali, Civitas majoris Armeniæ, sita ad Ararim fluvium: Caput gentis.

150 *AD BACCHANALIA*. Quasi dicat ad stu-pra, nocturno tempore, quo Bacchi festa clam à maribus, & fœminis celebrari solebant.

151 *TUNICA MOLESTA*. Dignus indumento llo, quo ex charta, cannabe, stappa, bitumine, cera, pice constructo scelerati homines induabantur, ut noctis tempore pro lucernis accende-

## AD PRIMAM SATYRAM. 91

derentur. Hoc supplicii genus in incendiarios constitutum erat: & quo usus fuit crudelis ille Nero in Christianos, quos incendii insimulavit, cuius auctor ipse fuerat.

158 *FLAVIA TEMPLA*, Ab ipso Domitiano extorta, & ab ipsius Flavia familia sic nuncupata. Vide Sueton. & Tacit. Martialis lib. 9. Epig. 4. Addita quid *Latio Flavia templi foro?*

159 *SOLQUE NUMAM*, &c. Numa Pomplius secundus Romanorum Rex, justitia, & pietate insignis. Qui Deorum cultui maximè studens ea sacra, quae institueret, ab Ægeria Nympha se per congressus nocturnos discere simulabat, ut majore apud imperitam plebem in veneratione essent. *SARDANAPALUM*. Sardanapalus Assyriorum Rex ultimus fuit: omnis generis luxuriæ redditus; nec erubuit inter scortorum greges nere, & muliebri habitu ornari.

163 *SANCTISSIMA*, &c. Olim summam laudem, & honorem tyrannorum interfectoribus tribui, testis est Cicero (*pro Milone*), cùm de Spurii Melii, & Tiberii Gracchi tyrannide meminit: *Graci homines*, inquit, *deorum honores tribuunt iis viris*, qui *Tyrannos necaverunt*.

167 *NON DIXISSE DEOS*. Frequenter apud Romanos factum est: qui non modo post mortem, sed etiam dum viverent, templa statuerunt, & sacrificia multis. (Tacitus I. Annal.) *Templum ut in Colonia Tarragonensi* strueretur Augusto, potentibus Hispanis permisum, datumque in omnes provincias exemplum. (Id. 4.) *Decrevere Asiae urbes templum Tibenio*, matrique ejus, & Senatui. Ad quem locum sic

N

Dor-

Dorleans: *Lege, & luge: mortales sunt à mortaliis bus dii immortales; prob nefas!* Tiberius bicus libidinosus, Livia ambitiosa anus inter Deos reponuntur. Id facit Senatus adulator.

171 CEDITE. Apostrophe. IN UTRIBUS, &c. Allusio ad illud Homeri Odys. 10. ubi sic Ulysses de Æolo ventorum Deo.

*Δαλκε δέ μοι δεῖρας α' σκόδε βόος ε' γυνεώροιο.  
Ε' ντας Ἰ Συντάων α' νέμων κατέδησε κελευθερία.  
Dedit autem mibi excoriatum utrem bovis novennis,  
In quo procelloforum ventorum ligavit flatus.*

179 ET CREDES, &c. *Πτιφωνημα.*

183 ROMULUS A STUPRO. Notum est, Romulum urbis Romæ conditorem ex Ilia Vestali à Marte vitiata generatum.

184 VESTALES, &c. Ex occasione vitiatae Iliae de Vestalibus prolixius agit: quas ( ait ) ex hoc pravo exemplo liberioris licentiae ansam arripuisse.

186 PAPÆ! Interjectio admirantis.

187 HEUS BONE BELLIPOTENS. Ironicè gratulatur Marti præclara facinora, quibus glorietur.

189 LEMNIACO NODO. Id est, Retibus æneis, quibus in Lemno Vulcanus Martem, & Venerem ligavit. Est autem Lemnos insula maris Ægri inter Thraciæ Chersonesum & Athon Macedoniae montem, crebris æstuat incendiis, quorum ergo Vulcano dicata.

190 ESSE PARUM, &c. *Γνωμη.* Potentiorum exempla, si prava, plerosque in perniciem trahunt; si proba, in virtutis amore velut adigunt, & impelliunt.

192 PROS-

192 PROSTANT VESTALES. Auget Ilia pectatum, dum in Vestales omnes illud transfundit. Præterea, Pudicitia templum, in quo pura Vesta coleretur, Cythereæ, Impudicitia numini prostibulum factum ait, pulcrâ usus επεξήγησο.

199 TU, CHIONE, &c. Pulchritè vetulæ nomine Chiones adaptavit ( quod nivem significat ) propter frigiditatem & canitiem.

202 TURPIS ADHUC? Exprobrat aniculæ libidinem, cui jam ( inquit ) modum fixissæ oportebat: cuius deformitatem pulcra prosequitur hypotyposi.

210 FLAVESCENS ISTRI CINCINNIS; suppositiis flavis Germanorum capillis, quibus fœminæ utebantur, ut venustiores apparerent.

215 RUBRI FRETI: Erythrai maris, ubi generosiores uniones colligebantur.

216 LAIS, ET SUPERES SEMIRAMIOS PARATUS. Confert vetulæ ornatum cum Laïdos, & Semiramidis pretioso cultu: De his Ovidius I. Amor. Eleg. 5.

*Qualiter in thalamos formosa Semiramis iisse  
Dicitur, & multis Laïs amata viris.*

218 DUCIBUS CLEOPATRA LATINIS. Licet superes pompam, & apparatus, quos Cleopatra, Ægypti Regina, submisit Ducibus Latinis, Julio videlicet Cæsari, & Marco Antonio.

219 ELYSÆ SIDONIÆ FASTUS. Quamvis tibi cedat Didonis Reginæ fastus, & luxus, quibus Phrygius hospes Æneas narratur exceptus.

221 PYGMALEONEIS. Pygmalion Didonis frater



ter : qui , obtruncato clàm Sicheo sororis conjugé , magnis divitiis inhians , sororem ipsam coëgit , ut eas ipsi se tradituram polliceretur. Verù hæc naves , quas ad asportandas divitias frater miserat , nacta , cum ipsis à Pygmalione missis , in Africam aufugit , secum portans thesauros , fratre decepto. Narrantur hæc , & superiora à Virgilio i. Æneidos , sub finem.

..... Naves , quæ fortè parate ,  
Corripiunt , onerántque auro ; portantur avari  
Pygmalionis opes pelago.

223 PERMOLERE. Hortat. I. Satyrarum , Sat.  
2. Per molere uxores , id est mœchari , & subagitare.  
DRAUCI. Juvenis , cum primum pubescere cœpit.

225 MIDAS. Rex Phrygiæ. Cùm aliquando Pana , agreste numen , Appollini in certamine cœnandi prætulisset : indignatus Apollo illius aures in asininas convertit. Vide Ovid. II. Metam. fab. 3. & 4. ubi plura de Mida.

233 COMMUNE malum , &c. Γνωμη Circumfertur vulgo versiculus : Solamen miseris socios habuisse Penates.

234 IMBRE UNO , id est , eodem : & lepidum tangit apogum. Philosophus quidam pluviam , prævisam , qua qui homines madefierent , insanire redderentur , cavit. Cum verò sanus reliquos homines adiisset insanos , insanire sibi expedire putavit , adhabita eadem aqua.

235 HELLESP. INTER STOT. HECATOMBAS , Id est , inter asinorum greges. Solebant enim antiqui sacra Priapi , quem in Lamaco , Hel-

Hellesponti civitate colebant , asinorum cæde celebrare. Hecatombe fuit sacrum , in maxima Jovis solemnitate fieri solitum. Fiebat , interdum centum bovibus , interdum totidem ovibus , aut capris ; aliquando suibus : nonnumquam denique centum capitibus quorumcunque animalium. Hinc licuit Poëta nostro centum asinos adhibere ; E'καννη enim centum significat.

237 MARSUS AMAZONIDE , & longa farragine capsæ. Hoc intellige de quodam recentiore Poëtastro , simili Marso illi , de quo Martialis lib. 4. Epig. 29.

Sæpius in libro memoratur Persius uno ,  
Quam levis in tota Marsus Amazonide.

Quem etiam confert Cassio Parmensi Poëta Etbrusco , qui tot libris capsas implevit , ut illi sufficerint , sine ligno , ad eum comburendum. De hoc sic Horatius lib. I. Sat. 10. .... Etbrusci

Quale fuit Cassi , rapido ferventius anni  
Ingenium , capsis , quem fama est , esse librisque  
Ambustum propriis.

In quem locum sic Porphyrius Horatianus interpres : Quod tam verbosè , aut tam multa scriperit , ut , cùm non viderentur legi digna , illis ipsis mortuus exustus sit.

240 AD FUSSA MARITÆ. Propterea quod hæc , ut Græco medico ( verius mœcho ) morem gereret , marito in Græcos bellum persuasit.

241 ATHOS. Mons inter Macedoniam , & Thraciam altitudinis mirandæ , quem Xerxes perforasse traditur , & velis peryum fecisse. ATHAMANTIDOS UNDÆ. Hellespontum significat , sic dictum ab Helle , Athamantis Regis filia , quæ in eo traxi periiit.

242 FRÆ



242 FRATERNAS ACIES, &c. Ethéoclis & Polynicis prælia ; scissam flammam , dum simul fratrum cadavera cremarentur : Jocastæ cum Oedipo filio nuptias : & reliqua Thæbarum monstra.

245 QUID CONFERRÆ, &c. Notat verborum longe crepitantium aucupatores. Quem turgidum loquendi modum vocat *acervum sesquipedalem*, quemadmodum Horatius, qui & *ampullas* appellat , dum inquit :

*Projicit ampullas & sesquipedalia verba.  
Sed noster rem attigit omniu[m] luculentissimè.*

246 PRYX BERECYNTHIADES. Atys puer Cibele charus. RICTUS ERIMANTIDOS. Patula ora Callistùs Nymphæ , in ursam à Junone mutata. ALES THAUMANTEA. Iris nymphæ , Junonis nuntia , & Thaumantis filia.

247 BELLEROPHONTIS. Hic à Sthenobœa Præti , Argivorum Regis uxore , sollicitatus , multa propter eam pericula subiit.

251 DONIS TRIPTOLEMI , &c. Minoris poenæ reum facit Calliope flamas messibus , aut urbibus admoventem , quæ liberum Poëtam convitiatorum. *Donis Triptolemi* pro messibus posuit , quæ è sparsis terræ tritici granis coalescunt. Quæ grana dono accepit à Cerere Triptolemus.

254 SUBLIGAT HIC , &c. Suadet Calliope Poetæ , ne dicere pergit , proposito more veterum cantorum , qui , cum canere desisiunt , detractam capiti coronam citharæ imponebant.

261 MESSALINUS. Procer quidam cæcus tempore Domitiani. Hic sumitur pro malo Poeta.

263 FOLLIS ANAXARCHI , Philosophi ; qui

cum

Cum à Nicocreonte Cypri tyranno in concavum faxum injici jussus esset , & ferreis malleis contundi , hoc dicto poenam regis elusit : Tunde , tundes Anaxarchi follem tundis ; Anaxarchum autem non tundis.

270 IMMITEM PHLEGETHONTA. Phlegethonta posuit pro Plutone , vel Orco universo , hoc est , pro ipsis damnatis.

279 ILLUDENT NOBIS. Minatur Musa Vati illusores. NUMINA CULTA MARONIS , &c. Commandantur Virgilius , & Horatius ob præstaniam Poëticæ epithetis non vulgaribus.

280 HIPPOCRENNEÆ UNDÆ. Caballini fontis : ab ἵππῳ equus , & οὐρήν fons.

281 EVERSOR LIBYÆ. Antonomasticè , pro Scipione , quod Carthaginem delevisset. SAPIENTIA LÆLI. ( *Vide Tullium in libro de Amicitia.* ) Hujus Lælii consiliis usus est ubique Scipio felicissimè : inde ortum , ut de Lælio & Scipione ( sumta à Comœdis metaphorâ ) vulgo jactaretur : *Lælium comœdiam scribere , Scipionem agere.* Signatè videtur noster & Poëtas & Oratores induxisse propter ipsius Poëmata , & solutam orationem.

282 NOVIMUS. Ut Calliope tandem quiescat ; Scimus ( ait Poëta ) quales illusores esse possint. AD FLUVIUM , &c. Confert se cum Horatio illo Coelite , Romano cive : qui ne in Urbem hostes irrumperent , Porsenæ exercitum unus tandiu sustinuit , donec à suis Sublico ponte post se scisso , in Tiberim se jactans , illis hostibus , incolumis transnarit ad suos.

289 PHALANGEM PYGMÆAM , &c. Quem ad-



admodum Pygmæos leonis pelle involutos contenta  
sit Alcides : sic noster afferit , etiam post ipsius  
mortem irrisurum ineptos.



## NOTE

## AD SECUNDAM SATYRAM.

*Ves. 1.* ERGO , &c. Poëta sibi gratulatur , quòd Utbem sit feliciter egressus , post in-  
auspicatam illam mœnium Romanorum Remi trans-  
gressionem , qua deterri debuit. BONIS AVI-  
BUS. Felici auspicio. Sumebantur auspicia ex avium  
volatu , cantu , &c. Erant autem auspicia signa  
quædam voluntatis , & favoris Deorum , ut puta-  
bant Ethnici : dicta *auspicia* quasi avis pia , ab  
avium aspectu : Hinc *auspex* , avium spectator , aut  
observator. QUEIS. Scilicet felicibus auspiciis ( qui-  
bus ego deductus sum ) nec Mars ipse curavit *dedu-  
cere* , id est , incolumem servare , & afferere Remum  
Iliaden , quem cum Romulo ex Ilia suscepserat.  
Remus enim propter murorum à Romulo designato-  
rum transgressionem , à Celere dicitur imperfectus.

*4* JAM ME RURA TENENT , &c. Urbe eges-  
sus Poëta , hominibus , & teclis valedicens , ruris  
amoenitatem , commoda , deliciasque commemorat.

*7* COLOSSIS, Colossus statua ingentis magni-

tu-

## AD SECUNDAM SATYRAM. 99

tudinis. Romæ fuere nonnulli , & alibi. Rhodi fuit  
insignis.

*11 SYLVANI* , Sylvarum dii. Utrum plures ,  
nescitur , quemadmodum , & genus. ET SATYRI.  
Sylvarum numina habiti sunt , Sylvanis , & Fau-  
nis similima , humano capite sed cornuto , pedibus  
caprinis , villoso corpore ; nemorum latebris gau-  
dentia , lasciva in primis , & in Venerem procli-  
via , ut & Panes. Ovid. I. Faſtor.

Panes , *O* in venerem Satyrorum prona juventus .  
Vide Satyræ étymon. FAUNI QUOQUE. Agrorum ,  
& sylvarum putati sunt dii , qui dia viverent. A  
fando dicti , vel απὸ Τῆς Φωνῆς , quod voce , non  
signis ostendere viderentur futura. CUMQUE NA-  
PÆIS. Sylvarum etiam deæ , quæ & Dryades di-  
cuntur. Vide quæ diximus ad vers. 28. Sat. I. vā-  
m , sive vāπ̄ saltum significat.

*12 ET OREADES.* Nymphæ montium , ab ὄρε, ὄρει Græcè , Latinè mons , montis denominatæ.

*14 ZEPHYRI.* Zephyrus ventus ab occasu Æqui-  
noctiali flans adversus subsolanum. Latini Favonium  
appellant. Zephyrus dictus , quasi Ζεφύρος , hoc  
est , vitam ferens : eo enim favente , plantæ omnes  
germinant , & pullulant : Vide Gell. lib. 2. cap. 22.

*15 AUTHOMEDON.* Achillis auriga peritis-  
simus , à Poëtis erebrò celebratus. Ovid. I. Amor.

*Curribus Authomedon , lentisque erat aptus habenis.*  
Sub hujus nomine prodit Amorem aurigantem.

*16 TERRA GRATIA.* Tres Gratiae , Veneris co-  
mites. Græca voce χάριτες dicuntur.

*18 COLUMBÆ.* Currus Veneris à candidissi-  
mis columbis trahi dicebatur. Quæ ideo Veneris  
aves

Q

aves dici existimantur, quod nullum sit anni tempus, quo à prolificando cœsent, quod Veneri maximè congruere videtur. *OSCULA ITERANT PROPERATA* dixit, quod vel in ipsa volandi propteratione rostra invicem inscrere de more lascivendi contingat.

19 *I NUNC*, &c. Dolet militum miserrimam vicem. Quos postquam figuli rotæ similimos fecit, Ixione reputat infeliciores.

21 *QUI FERRO*, &c. Lucanus. lib. 10.

*Nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur.*

26 *IXION*. Is propter patrata scelera, à Jove in Tartara fulmine derrusus est: ubi rotæ alligatus perpetuo circumagitur rotatu.

28 *PRONUM EST*, &c. Ovid. 3. de Pont. El. II.

*Nos quibus assuevit fatum crudeliter uti,*

*Ad mala jam pridem non sumus ulla rudes.*

30 *ERINNYN*. Diram, vel Furiam intellige: neque enim signatum nomen est ad aliquam è tribus. Latini *Furias*, *Dirasve* appellant. Gæci *spirituas*, & *ευμενίδας*. Dictæ sunt *Erinnies* ab *ερις*, id est, *contentio*. Harum nomina *Alecto*, *Tisiphone* *Megara*.

31 *DOLAT*. Castigat, flagris persequitur. Ad Tisiphonen referas, quod nominis exprimitur notatione. Nam ποιφόνη est cädendo punire, à τίω, punio.

33 *VIVIT*, &c. Nota pulcherrima antitheta usque ad *improbæ Matrem*.

36 *TANTALUS*. Is quod filium Pelopem à se interfectum diis comedendum in convivio apposuisse, eorum divinitatem tentaturus, ad inferos derrusus est, ubi perpetua sibi, & fame torquetur, aquis mento tenus immersus, & capiti pomis immi-

minentibus: utrisque tamen & os, & manus ejus refugientibus. Alii hanc poenam illi inditam ajunt, quod deorum secreta hominibus revelarit. Ovid. 2. Amor. Eleg. 2.

*Quarit aquas in aquis, & poma fugacia captat  
Tantulus: hoc illi garrula lingua dedit.*

39 *JUPITER AETHIOPUM*. Hoc dixit, propter opipara convivia, & Saliares dapes, quæ apud Aethiopes celebrari solebant, quibus Juppiter ipse interesse consuevit. Papinius Statius Sylvarum 4.

..... mensaque revisit  
*Aethiopum, sacro diffusus nectare vultus  
Dux superam.*

52 *NON MINUS INSANIS*, &c. Sub navigantium mercatorum persona, in quos præcipue invehitur, avaros omnes intellige, quos Poëta noster vehementer exagitat, proposita scopulorum maximè formidandorum, & vitandorum voraginum pulcherrima hypotyposi.

54 *TYRRHENAS VETUIT*, &c. Ordo est. *Quæsita pecunia vetuit pertinuisse Tyrrhenas cautes*, vel *Tauromitanam Charybdin*: quasi dicat: Amor quærendæ pecuniæ fecit, ne avari mercatores metuant Tyrrheni maris scopulos, & Charybdin, illam voraginem, vel ipsorum Poëtarum adumbratione formidandam. *Tauromitanam* dixit propter Taurominium, Siciliæ oppidum vicinum, non procul à Drepano promontorio, à Zanclæis conditum; unde & *Zanclæa* dicta est ab Ovidio 4. Fast. Est ergo *Charybdis* Vorago, naves ad se trahens, atque absorbens: ex vorticibus illis, quos hydrographi *Abyssos* vocant. Creditur profundissimo

mo meatu subter Siciliam in mare Africum emerger. Quod ex eo conjectari licet, quod cum Africum mare tempestatibus fervet Charybdis impetu majore fluctus ejectat, quamquam Tyrrhenum vel Tuscum mare tunc serenum & tranquillum se praebat. Siciliam vero, ( prope quam Charybdis ) & Italiam olim conjunctas, & unam fuisse tellurem ( licet frequentius dicatur ) negant eruditissimi Antiquiorum.

60 *QUEIS LIPARE*, &c. Lipare, sive Lipara insula, una ex Aeoliis. Sunt *Aeolia*, sive *Aeolidae* insulae inter Italiam, & Siciliam, à Græcis Εφαισιαδες, à Latinis *Vulcania* appellatae, quoniam olim omnes ignem evomuerunt. Ex his præcipua *Lipara*, à qua *Liparæ* dicti sunt populus insulas inhabitantes, à *Liparo* Aúsonis filio. Hic ferrum mollire, & Jovi fulmina parare feruntur Brontes, Steropes, ac Pyragmon, in arte fabraria Vulcano ministri. *Virg. de Lipare* 8. *En. v. 422.*

*Quam subter, specus, & Cyclopum exesa caminis  
Antra ætnæ tonant, &c.*

65 *NON ORIENTIS OPES*, &c. Erat Ægyptus emporium cunctarum opum, & mercium Orientalem, antequam Lusitani Orientalem Indianum lustrassent, superato terribili promontorio, quæ in Austrum Africa extenditur, vulgo *Cabo de buena Esperanza*.

69 *HESPERIDUMQUE NEMUS*, &c. Quærens majores divitias redit Mercator avarus in Oceanum, capturus aurea poma hortorum Hesperidum prope Atlantem montem. Fuerunt *Hesperi-*

## AD SECUNDAM SATYRAM. 103

*rides* Hesperi filiæ, fratris Atlantis: nomina *Ægle*; *Aretbusa*, *Hesperetbusa*. Habuerunt hortos ad Lixum oppidum Mauritaniæ ( ut ait *Plinius lib. 19. cap. 4.* ) aurea ferentes mala, à draconे pervigili summa cura asservata.

70 *GORGON*. Medusa una ex Gorgonibus, quæ tres fuisse feruntur, *Euriale*, *Stbenone*, *Medusa*, Phorci ex Ceto uxore filiæ.

71 *MAURA genus*, οὐρεῦδοχηνδες, ut alibi, *Qui genus?* Mauram dixit, quod juxta Atlantem montem Mauritaniæ habitaret Medusa.

72 *VULTUS conspersa veneno*. Id est, *Habens vultus conspersos*, &c.

73 *SAXEUS EXTAT ATLAS*; &c. Atlas Rex fuit Mauritaniæ, quem Perseus Jovis, & Danaes filius in montem sui nominis mutavit, ostendo Medusæ Gorgonis capite, quod eum hospitio recipere noluisset. Ovidius omnia latè 4. Metam. fab. 17.

74 *ALTER ORESTES*. Agamemnonis, & Clytemnestrae filius. Aptè comparat Oresti mercatum; quod ille Furiis percitus nullibi requiem haberet; hic parandarum opum sollicitudine maria pervagetur omnia.

81 *PASIPHAES CLUSÆ*, &c. Pasiphaes fabulam sic breviter accipe. Amavit Pasiphae taurum impotentissimè: desperavit à concubitu: communicavit consilium cum Dædalo præstantissimo fabro: is in vaccam ligneam inclusit Pasiphaen: Taurus sui generis animal ratus in eam insiliit: fecit gravidam, & matrem Minotauri.

89 *SED QUID*, &c. Demitatur Poëta, ut quid-



quiddam insolitum, allati hominis adventum, quem proprius accedentem, ab insignibus Mercurium esse sibi persuadet.

91 *REFUGI GANYMEDIS*, Trois Dardanorum regis filii; quem jussu Jovis, per aquilæ ministerium, aut à Jove ipso in aquilam converso, in cælum translatum, & ipsius Jovis pincerat factum fabulantur Poëtæ. Astronomis est *Aquarius*, undecimum Zodiaci signum.

92 *AN REVOLAT*, &c. Dædalum cum Icaro filio (qui mari Icaria morte nomen fecit) fabricatis alis, & cera junctis, ab arce Minonis regis aufugisse, nota est fabula.

93 *INSIGNI*, &c. Mercurium, qualis à Jove nuntius mitti perhibetur, depingit.

95 *VIRGAM CINXERE*, &c. Illam, quam ab Apolline pro testudine ab ipso Apollini donata, vicissim accepit: qua virga Apollo in Arcadiam aliquando proficiscens, duorum draconum inter se rixantium interpositâ, pugnam diremit. Unde hæc virga pacem significare dicitur, & *Caduceus* appellatus est, quod rixas, & prælia cædere faciat. Hinc legati pro pace *Caduceatores* dicuntur. *Cerafas* dixit dracones, vel angues illos, virgam cingentes ex occasione prædicta.

96 *MERCURIUSNE?* Dictus Mercurius, quasi mercium eura. Div. Isidor. lib. 8. orig. cap. II. Mercurium sermonem interpretatur, qui ait: *Nam ideo Mercurius, quasi medius currens dicitur appellatus, quod sermo currat inter homines medius.* Idem dictus est *Hermes*, quod est *Interpres*, ab ἑρμηνεώ, *interpretor*; unde ἑρμηνεία, *interpretatio*.

## AD SECUNDAM SATYRAM. 105

96. Vide plura apud cundem de Mercurio.

97 *SCURRA Deūm*, &c. Jocatur in Mercurium, Poëta. Sed sub hujus nomine pungit Aulicos adulatores, quibus (absit) aptari queant epitheta quæ subjicit.

98 *QUANTO*, &c. Ceptatorio more hæc dicuntur.

100 *ARGUS*. Aristoris filius: πανόπτης, vel πάνοπτος à Græcis nominatus, quod totus oculis scateret: à πᾶν totum, & ὄπτης visibilis. Quasi, totus oculatus. Huic tradita est Io Inachi regis filia, à Jove in vaccam mutata, jussu Junonis custodienda. Verùm is à Mercurio sono testudinis delinitus, & obdormiscens capite truncatus est. *Ovid. I. Metam. fab. 10.* Vide etiam in Notis ad Prol. Not. 27. p. 76.

101 *PABULA CARNEA*. Ionem. Sancti. Ironice, & sarcastice.

102 *SIC PESSIME VATUM*, &c. Mercurius, ut paria reddat Poëtæ, delirum vocat, procacem, & tota mente alienatum. Cujus insanè causam reddit oppressionem illius ignis cælestis particulæ (lumen naturale vocamus) quam velut extingunt avaritia, superbia, & reliqua vitia. Quod, apostrophe facta, firmat exemplo illius monoculi Polyphei, quem excæcavit Ulysses. Nota est fabula.

116 *PERDIDIT HIC LUCEM*, &c. Polyphe-mus luce oculi orbatus est, Lilybeum promontorium umbra; propter avulsas à Cyclope sylvas, quas in Ulyssem, & socios jaceret. Est Lilybeum unum è tribus Siciliæ promontoriis, à quibus Tri-nacia dicta: áncor Græcis promontorium.

117 CR-

117 CYCLOPIS FORSAN, &c. Forsitan hæc ridebis, quia commentitia, & fabulosa.

118 SED TU FURIOSUS ES ILLE. Ostendit Mercurius, hæc dicta esse per allegoriam contra insanientes; è quorum numero Poëtam esse confirmat (sub cuius persona quoslibet alios à ratione abalienatos intelligas) cum ait, rogamum (quem adnudum Polyphemus) quis læserit? respondere: Nemo læsit. Adludit ad Ulyssis, & Polyphemi fabulam, quæ sic habetur. Ulysses cùm in antro Cyclopis teneretur, ab ipso qui vocaretur interrogatus: Utis mihi nomen est, ait. (οὐνὶς Græca vox, Latinè Nullus, vel Nemo.) Mox Cyclops excæcatus ab Ulysse, præ dolore vociferans, multos Cyclópas excitavit: qui ad ostium foris adstantes rogabant Polyphemum, quis eum læsisset? Cùmque ille subinde repeteret οὐνὶς, οὐνὶς; illi, deluso Cyclope relicto, recesserunt.

132 QUID QUID scire vélis, &c. Mercurius (consensu tandem verborum audacum & stultorum indulgentia, quam Deorum lenitati acceptam referat Poëta) morigerum se præbet sciscitanti Vati, si modò brevitati consulat.

133 REVOCANT ALIO, &c. Urget ex occasione sibi à patre Jove commissorum.

134 POSTQUAM, &c. Aggreditur Poëta suam narrationem.

138 PARNASSUM ASCENDI, &c. Operam Poëticæ se navasse refert, & omnibus Scientiis.

140 FONS ERAT, &c. Venuste laudat Castalia fontis pulcritudinem.

142 OPOBALSAMA. Est opobalsamus arbuscu-

la

lā quædam, viti similior, è cujus plaga succus emanat eximia suavitatis opobalsamum dictus.

143 SIRIUS. Stella est in lingua canis, dicta à σίριον, id est, arefacere, eo quod omnia exurat suo calore. Ad quam stellam cum Sol accederet, duplicatur ipsius calor, & languore afficiuntur humana corpora. Latini Caniculam vocant, à qua & dies Caniculares, qui quadraginta communiter recensentur post solstitium æstivum, Sole ingresso leonem.

145 SESE PERLUPERET, &c. Fontem, inquit, pulchriorem dea cerneret Actæon: ideoque in cervum mutatus non esset.

148 SI SE NARCISSUS, &c. Similia affectit de Narciso. Nota est fabula.

153 PEGASUS. Equus alatus, quem de sanguine capitis Medusæ à Perseo recisi, statim ac in terram fluxit, exsiliisse fabulantur Poëtæ: Qui vectus alis in Heliconem perveniens, calce fontem elicuit, qui inde Hippocrene dictus est; ut notavimus ad vers. 280. Sat. 1. Dictus est autem Pegasus απὸ θεοῦ μύνης, id est, à fonte, quod juxta μύνης, id est, juxta fontes Oceani natus sit, ubi Gorgones habitabant.

157 PIERIDES DICTANT, &c. Musas dictas volunt Pierides, à Pieri filiabus, quæ à Musis victæ, in picas mutatae sunt. (Vide Ovid. in fine 5. Metam.) APOLLO. Musarum præses: sub cujus tutela Vates fuerunt, eo quod hic habeatur carminis auctor. Dictus Apollo ab A, privativa particula, & πωλοι, multi: quasi dicas, non multi. Idem dictus est Phæbus, vel απὸ φοῖταρ βία, quod

R

*vi feratur: vel à splendore & nitore; nam Græci φόρον purum, & splendidum dicunt: vel dictus qualis φως & lumen, hoc est, fax vite.*

158 *ATHENÆ.* Urbs Græciae, quam Diodorus Siculus communem scholam generis humani dixit. Cicero nobilissimum Orbis terrarum Gymnasium cognominavit. Unde Poëtae plurimi, Philosophi pñne itinumeri, sanctissimi demum Præsules, virique omni doctrina prædicti extitere.

161 *HESPERUS ORBE ALIO,* &c. Loquitur de Poëmate Epico quod *Nuevo Mundo* inscripsit, ab ipso in juventute composito, non mediocri magnitudine, & in decem libros digesto.

163 *QUA TAGUS,* &c. Alludit ad suum Poëma Epicum, quod in alios decem libros excurrit: in quo præcipuus est heros Alphonsus Lusitani Regni Conditor; & hujus Regis nomine insignitur Poëma.

164 *ET LAERTIADÆ,* &c. Ulysses Laertæ filius, Ulysponis urbis habetur conditor.

169 *PROGENIES NOMADUM,* &c. Nomades, vel Numidæ sunt populi Africæ, dicti à νομέω παστο, παβολο, more παπιτορυν vitam dego, quod nullum certum locum haberent, sed errarent post greges. His domicilia erant currus, & papilioes, ubi illos nox oppressisset. *VAGAT.* Attivè protulit, Plautum sequutus in Milite gloriose Scena, *In se Ignem*, &c. versu 14.

*Que circum vicinos vagas.*

170 *QUALITER,* &c. Simile quiddam, quod de Nomadibus dictum, de Arabia desertu Rege prodicatur, quod jam admonuit noster in opere

*Cue-*

## AD SECUNDAM SATYRAM. 109

*Cuevas de Salamanca.* In illa regione rara sunt adiicia; unde tentoriis frequenter utuntur: quibus, subinde mutatis, gens habitat aspera.

173 *FUMANT BUSIRIDIS ARÆ.* Busiris crudelissimus Ægyptiorum tyrannus, Jovi omnes hospites immolabat. Cumque Herculi in Ægyptum deato insidias pararet, ab eo interfactus est.

175 *QUIS NON,* &c. Cæsaris lacrymas simulatas interpretatur noster Poeta, cum abscissum Pompeji caput in conspectum ejus allatum est: quas mirificè comparat cum crocodili ploratu.

178 *FRACTA FIDES,* &c. Ubique regnare, ait, Perfidiam, furta perjuria, Atheismum, & reliqua vitia.

184 *RECUTITO A SANGUINE,* &c. Judæi recutiti dicuntur, quoniam Judæis pueris cutis inguinis recidebatur. Postea, cum cutis succesceret, dicebantur recutiti, quasi nova cute tecti. Horatius (Sermon. Sat. 5.) Judæos appellavit *Apellas*, hoc est, cute carentes.

... . . . . Credat Judeus apella.

187 *SUNT TRIBADES,* &c. Tribades dicuntur foeminæ, quæ in suum sexum nefariam libidinem exercent, à verbo Græco τρίβω, quod est fricere: quasi frictrices, aut fricatrices. Eamdem libidinem notat in matibus. Præterea foeminarum, & matrum inversa munia fugillat.

189 *DELIRAMENTUM reddatur Pythagoreum.* Pythagoras Samius Philosophus fuit, qui sensit, animas hominum post mortem in brutorum corpora migrate, & è contra. Hoc ille μεταψυχάσαι appellavit. Aristoteles lib. de Anima Cap. 3. vocat



vocat hanc animarum transmigrationem Πυθαγορικής μνήσης. Pythagoricas fabulas. Olympiodorus il- lam ex aquo dat Pythagoræ, & Orpheo cùm ait à Παλαιός λόγῳ Ορφείος τε, καὶ Πυθαγόρειος πάλιν αὐγῶν τὰς ψυχὰς εἰς τὸ Κάμπα, καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ σωματος ανάγων, καὶ τῷ κυκλῷ πελάκις. Vetus est Orhei, οὐ Pythagoræ sermo, animas ferens in corpus, οὐ rursus à corpore referens, οὐ id sepe in circulum.

195 *SUTOR ERAT LADON*. Aptissimum no-men, cùm paulò infra dicat, hunc sutorum nummos pellibus cepisse: *Ladon* enim à λάδομοι venit, quod *capere* significat. Est præterea Ladon fluvius Arcadiæ, juxta quem Poëtæ fabulantur, Syringa nympham in arundinem fuisse mutatam. *Vid. Ovid. NIXUS*, οὐ c. Impetus equorum, aut mularum à quibus currus trahitur.

197 *CAMOBNAS*. Festus: Camœnæ Musæ à carminibus sunt dictæ: vel quod canant antiquorum laudes: vel quod sint castæ mentis præsides.

199 *ESSE LYCURGUS*, οὐ c. Legislator (quælis fuit Lycurgus) & idoneus rem Civitatum, & Regnorum tractare.

202 *ESSET responsum*, οὐ c. Possem respondere, hæc tua dicta esse omnino barbara, & barbarissimas gentes, quæ talia probent.

204 *AURES DEMITIO*, οὐ c. Sed tuam sententiam non oppugno: Ironicè; nam usque ad verbum *bos ut versus scribere possem*, sutor asper-tima, & arguta subsannatione vapulat.

205 *RETULIT QUOT MARSYA*, οὐ c. Mar-sya, sive Marsyas, tubicen, cum Apollinacm ad ca-nen-

## AD SECUNDAM SATYRAM. 111

endum provocare ausus fuisset, ab eo vixus, vi-vus excoriatus est.

219 *IN CORIIS bærere pudet*. Post asperrimam sutoris vapulationem, adit Caligulae Regiam, im-peratoris insaniam fugillaturus.

223 *CÆSAR*. Caligula Imperator. *EQUO STA-BULA*, οὐ c. Rem totam sic enarrat Suetonius. In-sitato equo, cuius causa pridie Circenses, ne inquietaretur, viciniæ silentium per milites indicere solebat, præter equile marmoreum, οὐ præsepe eburneum, præ-terque purpurea tegumenta, ac monile è gemmis, do-mum etiam, οὐ familiam, οὐ supellec̄tilem dedit, quo lautias nomine ejus invitati acciperentur. Consulatum quoque traditur destinasse, οὐ c.

241 *GENTES ANCHISÆ*. Romani, ab Anchise Trojano.

248 *RECTIUS*, οὐ c. Hercules ænei crepitaci-li sonitu Stymphalides aves (à lacu Stymphalo sic dictas) pepulit: quæ tantæ magnitudinis, & ita nu-merosæ fuisse dicuntur, ut Solis radios impeditent, omnemque Arcadiam devastarent. Dictus Hercules *Amphitryoniades* ab *Amphitryone* putativo patre, Alcmenæ conjugé.

250 *REPPULIT HARPYIAS*, οὐ c. Harpyias ajunt fuisse Neptuni, & Terræ filias, volatiles, vultu Virgines, dictas à Græco verbo ἀρπάζω, ra-pio. Harum descriptionem vide apud Virgilium 3. Aen. à Versu 226.

*Virginei volucrum vultus*, οὐ c. Nomina, Aelo, Ocypite, Celeno. Has fugarunt à Phinei mensa Zetus, & Calais Boreæ filii, at-que ad Plotas usque insulas persequuti sunt. In-de



de à Jove moniti ceflarunt. Quia tamen inde redierunt, Plotæ illæ insulæ deinceps *Strophades* ab illorum reditu dictæ sunt: nam σφόη Grecè, *versio*, vel *flexus* est Latinè.

251 MISENUS TERRUIT. Æneam post Trojanum excidium sequutus Misenus, tibicinis ministerio illi inservivit. Æoli filius. De quo Virgil.

*Misenum Æolidem, quo non præstantior alter  
Ære ciere viros, Martémque accendere cantu.*

De hoc Trojanorum cum Harpyis prælio vide *und. 3. En. à v. 232.*

255 CÆLESTIA QUALES NUMINA. Horatius *Epod. od. 8.*

.... *O mammae putres,  
Equina quales ubera.*

Et est Alleotheta figura, sive Enallage.

257 NIL NON RIDICULUM, &c. Epiphonemate absolvit hanc orationis seriem, ut aliò divertat.

258 DE JOVE, &c. Poëta, velut qui vera de Jovis gestis à Mercurio discere cupiat, recenset nonnulla Jovis probrofa facinora: videlicet, parum abfuisse, quin à Gigantibus de cælo pellentur: imparem existimatum tanto moderamini; quod forsitan Gigantibus utilius fuisset creditum.

261 MAMMOSAM, &c. Etiam Jovem carpit, quod Junonem ob mammatum pinguedinem fastidiat. SED VIA LACTEA. Viam Lacteam describit Ovidius *1. Metam. fab. 6.* Fabulantur Poëtæ, factam ex lacte è Junonis mamma effluente, dum ad illam dormientem Jupiter Herculem puerum admovisset.

265 PAR.

## AD SECUNDAM SATYRAM. 113

265 PARRHASIS. Calisto Lycaonis Arcadiæ regis filia. Dicta est PARRHASIS à Parrhasia urbe, de nomine Parrhasi, Lycaonis patris, vel avi denominata. Hæc à Jove vim passa, è Diana consortio repulsa, à Junone in ursam conversa, in cælum tandem cum Arcade filio ablata est: ubi stellæ micantia Septemtrionali plaga. De his Ovidius *2. Fastor.*

*Signa propinqua micant: prior est, quam dicimus  
Arcton:*

*Arctophylax formam terga sequentis habet.*

274 FERRATIS, &c. Danaes, & Ledæ, de quibus hic agit Poëta, commenta notissima.

279 INJUSTIOR. Quia Leda nupta erat Tyndaro.

280 ALBUS OLOR, &c. Jupitet in cygniniutatus, ut Ledam violaret: expletisque legitimis mensibus, Leda duo ova peperisse fertur: ex quorum altero nati sunt Pollux, & Helena, ex altero Castor, & Clytemnestra.

281 CONCORDIA FRATRUM. Cæstoris & Pollicis, qui Ledam habuere matrem: patrem non eundem. Nam Polluci Jupiter, Cæstori tribuitur Tyndarus. Inde immortalis ille; hic verò non ita. Propterea Pollux à patre Jove, ut cum Cæstore fratre suam immortalitatem partiretur impetravit. Atque ita factum est, ut alternis diebus singuli vivere dicantur. Ut est apud Virg. *6. En. v. 121.*

*Si fratrem Pollux alterna morte redemit,*

*Itque redditque viam toties.*

Huic fabulæ occasionem dedit siderum illorum natura, quos *Geminos* appellamus; altero enim oriente, alterum occidente dicitur, & è converso. A Græcis,



cis, Διόσκουροι, id est, Jovis filii, appellati sunt.

285 *PACE TUA*, &c. Veniam captat à Chao, Deorum omnium parente juxta Ethnicos. Chaos confusionem, aut congeriem rerum omnium, & informem materiam, ex qua omnia extitere, fabulantur Poëtæ. Chaos appellat Hesiodus confusam quandam ab initio unitatem hiantem, patentemque in profundum, à χείω id est, fundo, ex quo χαρέν Græci, nos biare dicimus. *Sextus Pompejus*. Vide Ovid. I. *Metam.* & I. *Faforum*: ubi plurima de Jano quem Chaos ab Antiquis vocatum ait. *Fatum* factum à χαρέν detracta aspiratione, docet idem *Sextus Pompejus*.

293 *UT DELICTA*, &c. Apparet Aulicorum adulandi mos execrandus: qui dominorum vitia cum nulla ratione valeant occultare, sanctissima vocant. *FELIX*, &c. Tunc se felicissimos reputant hiteterti homines cùm in libidinibus Principi serviant. Unde sibi Regiam gratiam aucupantes, ad spem summarum utilitatum penetrant.

294 *STULTE VALETO*. Stultiæ insimulat Poëtam, quod pessimos Aulicorum mores reprehendat. Et simul avolat.

NO:

## NOTÆ

### AD SATYRAM TERTIAM.

*Vers. 2.* **M**ISTA MARITALI, &c. Forsitan loquitur de illa Metropoli unde originem habuit inhonesta licentia, quæ vulgo dicitur *Cibebéo*.

4 *SUM PROCER*, &c. Inducit illorum Magnatum quenlibet stomachosum, qui Poëtam, ut delirium, & amentem abercendum existimet.

5 *ANTIGYRA*. Insula ad sinum Maleacum, & Octam montem adjacens, ubi plurimum, & optimum Helleborum crescit; ad insaniam purgandam herba præstantissima. Hinc quoties infandum hominem significare volebant Veteres, Anticyram mittebant. Sic Hor. lib. 2. Serm. Sat. 3. Naviget Anticyram. Vide Erasm. Chilad. I. Cent. 8. Adag. 52.

6 *SARMENTUS*. Nobilis scurra tempore Cæsaris Augusti. Hujus scurra cum Messio quodam contentionem perjucundam detribuit Horatius lib. I. Serm. Sat. I.

7 *GALBA*. Apicius Galba scurra etiam nobilis sub Tiberio, quem Imperatorem vocat *senem Caprarum*, propterea quod in ea insula frequentius

ha-



habitaret. De hoc , & Sætio Caballo alio parasito meminit Martial. lib. I. epig. 42.

*Qui Galbam salibus tuis, & ipsum  
Posse vincere Sætium Caballum.*

8 PANNICULUSVE. Fuit hic Latino minister ad risum excitandum. Latinus vero minus fuit, cuius jocis , & uxoris Thymæles plurimum delectatus est Domitianus.

9 TOLLE tuos luxus, Poëta nihil morans Procerum sumtus se peryacuos , & fumosas veterum imagines , quærit in eis virtutem , qua præcipue decet, non sanguine niti.

10 QUI genus ? Syncedoche Grammatica : ubi desideratur *juxta* , vel *circa* ; ut sit sensus : *qui sit istis circa genus*. Sic Virg. 8. Aenid. v. 114. *Qui genus ? Unde domo ?*

12 TIRESIAS. Vates Thebanus , qui cùm aliquando vidisset dracones duos coéuntes , observatam ex iis fœminam occidit : quo facto in fœminam ipse mutatus est. Deinde cùm post septem annos alios duos identidem observasset , marem interfecit , & in pristinam viri formam rediit. Is in contentione quadam inter Jovem , & Junonem assumptus judex , pro Jove sententiam ferens , à Junone excæcatus dicitur. Jupiter in solarium amissi viuis divinationis pétitiam illi dedit.

13 DRANCES. Unus ex Latini Regis proceribus , facundus quidem, sed imbellis, Turno Rutulorum regi infensissimus. Virg. II. Aen. CATILINA. Civis Romanus , coniuratione contra patriam inita , notissimus. Vide Ciceronis Orationes in Catilinam 19. 20. 21. 22.

14 SILENUS. Bacchi nutritius & paedagogus ! Satyrus quidem , sed senex Satyrus : quos ideo Silenos vocabant , cùm reliquos pueros dicat Virgil. Egl. 6. Silenus pueri somno videre jacentem , & Ovid. I. Fastor. , qui asino insidentem inducit. *Venerat & senior pando Silenus asello.*

... . In venerem Satyrorum prona juventus. Sileni dicti sunt à σιλάνεσ , quod est convitatoria scommata jácere cum molesto quodam lusu. IRUS. Mendicus apud Ithacentes corpore & specie prægrandi , atlella procorum Penélopes , ut est apud Homer. Odys. 18.

..... Επει τοι νεανις κικλητης απαντει,  
Ουγεν απαγγελλει κε κιων οπη γε πε ανωγει.

..... Irus autem juvenes vocabant omnes ,  
Quoniam nuntia deferebat profectus , quando aliquis jubebat.

Hunc Ulysses domum reversus , pugno interfecit. Vero nomine Arnaus dicebatur ; sed Irus cognominatus est , eò quod . quemadmodum Iris deorum , & præcipue Junonis nuntia , ita hic procorum nuntius esset.

21 SE ERUMPIT IN EXTIS. Ita Lucretius lib. 4.

.... Se erumpit venis collecta cupido.  
Lucretium Virgilius quoque sequutus est lib. 4. Georg.

*Et caput unde altus primùm se erumpit Enipeus.*

26 LERNÆ TRUCULENTIOR HYDRA. Vide , quæ diximus ad vers. 183. in Prologo.

30 TOTAMQUE EXTERRUIT URBEM. Pulcherrimè assimilat Proceres fastuosos Salmoneo illi  
Virg.

Virgiliano , qui magno Rhedæ strepitu; flama misque frequenter jactatis Jovem fulgurantem ; atque tonantem imitari gestiebat.

35 *NOBILIS EST*, &c. Qui debeant esse nobiles , primis duobus versibus describere videtur ; in sequentibus tamen , & per totam hanc Satyram palam eorum vitia & mores acerrima lugillatione persequitur.

45 *AMBUBAJARUM*, &c. Quidam putant , mulieres vagas , & infames sic fuisse nominatas : genus hominum vile , ac famosum , alienæ libidinis administrum. *Turnebus Adversariorum lib. II. cap. 23.* Ambubajas dictas has mulieres credit , quod circum Bajas ( quorum lavacra calida deliciatis hominibus studio , & voluptati erant ) versarentur : ab ambu pro an , quod est circum , & bajas : quemadmodum *ambarvalis* , ábedo. Addit. Videtur etiam , ut ab αὐμΦω , ambo , sic ab αὐμΦι ambu deduci posse. *EΓ BALATHRONUM.* Scurrulum , & parasitorum : à barathro dicti creduntur , una literula immutata , quod sint gurgites , & helluones bonorum , suo tantum abdomini , non gloriæ nati : vel à Servilio Balathrone , uno ex illis in primis famoso , de quo saepe Horatius , qui *Ambubajarum* meminit i. Serm. Sat. 2.

52 *AT facinus summum*, &c. Inter pauca , quæ apud Hispanos invenerit Auctor noster reprehensione digna , damnat taurorum ludum , quem Argensola vocat *Spectaculum inhumanum*.

64 *ANIMÆ quoque candidiores.* Subsannatio hyperbolica.

56 *AUSCULTO*, &c. Per Prosopopœiam inducit

et taurum , in arena occisores , & spectatores alloquentem.

57 *O GENUS Infandum!* &c. Verba sunt tauri usque ad versum 91.

58 *QUID malè de vobis merui ?* &c. Causam suam agit taurus : quam à communi utilitate gemino commendat argumento. Plurimos habet patronos , & Ovidium tæpissimè. *Vid. I. Fast.*

62 *NUNC vestri miseret* , &c. Secundum argumentum : quo propter præcipuam uniuscujuisque utilitatem conatur abstergere homines ab hujusmodi Spectaculis. Urget , cum præter propositam utilitatem , objicit nominis , & pudoris , ubi est domesticæ rei angustia , jacturam.

65 *CARCHEΣIA.* Synecdoche , continens præcontento. Carchesium vas ansatum.

66 *INSTITOR hybernat.* Id est , frigida reddit. Transitive usurpatum verbum. *ASTUR.* Astures enim sunt , qui has potiones & condunt , & vendunt.

71 *TURBÆ stolata.* Matronas intelligas. Stola enim matronale operimentum erat , quod , cooperito capite , & scapula , à dextro latere in lævum humerum mittebatur. *Isidor.* Nostrates vocant *Rebocino.* Ex Tibullo tamen , & Ovidio appetit *stolam* , & *institam* pro eodem sumi , esleque vestem ad imos usque talos demissam. Sic Tibul. lib. I. Eleg. 6.

*Sit modo casta doce , quamvis non vitta ligatos  
Impediat crines , nec stola longa pedes.*

Ovid. I. Artis Amatoriae.

*Este procul vittæ tenues insigne pudoris ,  
Quæque tegis medios instita longa pedes.*

75 *ARA*



75 *ARA VETUS*, &c. Ovidius, Heroidum Epistola 20. vers. 181.

*Non bove mactato caelestia Numinia gaudent.*

80 *URSUS*. Ursos dixit pro quacumque ferarum, quæ in Romano Amphitheatro homines lacabant. De Taurorum verò Spectaculis edendis, sic ex Festo Pompejo Paulus Diaconus : *Tauris appellabantur ludi in honorem Deorum inferorum facii. Instituti autem videntur bac de causa. Regnante Superbo Tarquinio, cum magna incidisset pestilentia in mulieres gravidas, que fuerat facta ex carne diu vendita populo taurorum: ob hoc Diis inferis instituti Ludi, & Taurii vocati sunt.*

81 *SED Major vindicta placet. Taurus, despatata vita, postquam gregalibus suis mandata dedit, omnia illis fausta precatus, diras imprecatio- nes in genus hominum jactat, quibus orationem finivit, & vitam.*

85 *HERCULEUM transite fretum*, &c. Angustias illas inter Abylam, & Calpen montes, quos Herculis columnas vocant. Nominis causam reddit Mela lib. I. cap. 4. his verbis. *Addit fama nomini fabulam, Herculem ipsum junctos olim perpetuo iugō diremisse colles, atque ita exclusum antea mole montium Oceanum, ad que nunc inundat, admissum.* LIBYÆQUE benigna, &c. Africæ pascua, ubi ar- mentarii benigniores, non sic in pecora savyen- tes. *Libyæ dixit, ut sit pars pro toto, quod fre- quentissimum apud Poëtas, per Synecochen.*

86 *FRATER Osiris. Fratrem dixit Osirim, Deum que Bovem, quod is apud Aegyptios, quorum rex fuerat, pro Deo est habitus, & sub vivi bovis ima-*

gi,

## 2D TERTIAM SATYRAM. 121

gine cultus. Causa, quia Osiris Aegyptiis benes- ficientissimus, tandem à Typhone fratre clam in- terfectus, diu quæsus, nec inventus: cùm aliquan- do bos quidam eximia specie sese eis obtulisset, Osiri- ris creditus est, adoratusque Deus, quem Apim vo- caverunt, quod eorum lingua *bovem* sonat. Vide plura apud Mythologicos verb. *Apis, Osiris, Serapis, Isis.* Osirin colebant Aegyptii Sacerdotes anse- re mactato, & popano. Juven. Sat. 6.

..... meditat aque munera præstant  
Ut veniam culpa non abnuat, anserem magno  
Scilicet, & tenui popano corruptus Osiris.

Est autem popanum tenuis placenta, lata, & ro- tunda.

92 *VIRTUTEM*, Perstat in invectiva Magna- tum illorum, quorum una cura, & sollicitudo sunt pecuniæ, sumtuosæ vestes, aulæa, cultus abacus, omni pretiosa supellestili exornatus; maxima ve- rò cura rota, hoc est, quadrigarum apparatus: quis pedissequos pluteis pascat, unde generosiores petantur mulæ; ut ipsos quasi ad Rhedam natos existimare possis. His incassum suadebis artes in- genuas colere, nominibus majorum, & stemmati- bus aliquid addere, aliqua pia loca erigere, vel instaurare, pro patria quaslibet impensas facere. Omnia hæc istis nugæ.

118 *NON POPULUS*, &c. Opponit veterum Hispanorum mores.

125 *CECROPIDUM*. Dicti Cecropidæ Athe- nienes à Cecrope, primo Athenarum Rege. Fuit & aliis Cecrops Rex ejusdem urbis, Ericheti filius, Pandionis secundi pater. Sumuntur Cecropidae pro



nobilibus. Probat jactabundus ille apud Juvenalem Sat. 8.

*Ast ego Cecropides . . . . .*

Hinc proverbium *Cecrope generosior pro nobilitate commendatione.*

126 *VIVIDA FECIT*, &c. Deucalion cum uxore Pyrrha, post diluvium, quod eorum tempore evenit, superstites relictæ, cùm in Parnassum montem rate vœti fuissent, consulto de hominum reparatione Themidis oraculo, jussi sunt post tergum lapides projicere. Quo factum est, ut lapides à Deucalione jactati in homines à Pyrrha, in fœminas formarentur. Vide Ovid. I. *Metamorphos.*

127 *FIGMENTAQUE prima Prometheus.* Prometheus Iapeti ex Asia nymphæ filius, primum hominem è luto effinxisse traditur, & igne quem à cœlo surripuerat, animalse. Ovid. ibid. Dicitur à προνοιᾳ, προβίο, προσπίο: unde προνήτης providentia, consilium. Prometheus trisyllabum est; ultima enim syllaba in diphthongum coalescit. Sic in οφθαλμοῖς, πειθαλμοῖς & aliis similibus Graecis.

129 *HYPHNUS.* Deridet maritos honori suo indormientes. οὐτεπότε Græcè, Latinè *Somnus*.

130 *APPULA Hypni uxor.* MADIDOS, lacivios. Vide *Juvenalem.*

131 *PSALTRIA.* Cantui dedita, nec choreis parcens, reddit partus parenti similes, flavam vi, delicet prolem, de advenæ colore,

132 *SICAMBRUM.* Sicambri Germaniæ populi, flavos natura habentes capillos, quos artificio quodam intorquebant.

134 *HIANTES*, Notatur libidinis impotentia.

136 H<sup>4</sup>

## AD TERTIAM SATYRAM 123

136 *HI studii fructus*, &c. De choreis videotur accipiendus: quas carpit; illas præcipue, quibus exteri exercentur & mores corrumpuntur. Quæ interim, & quæ deinceps evenite soleant enumerat. Vide Hor. 3. Carm. Od. 6.

138 *TRABEATO Sabino.* Id est, viro Consulari. Trabea vestis erat, qua primum Reges tantum, Haruspices, & Romani Senatores utebantur. Post exactos vero Reges, etiam Consules trabeatum usum usurparunt.

145 *HAMMON.* Diximus in Satyra prima ad versum 64. *Pandite.*

147 *TRIPODAS QUASSAVIT*, &c. Tripus erat vas ingens: tripodem tegebat cortina, quæ nihil aliud erat, quam integumentum, & operculum tripodis. Huc ascendebat Pythia, sive Phœbas, oracula editura: quæ ideo dicebatur ex tripode loqui. Hic tamen ipse Jupiter responsum dedit.

148 *DA BONUS ESSE BONOS*, &c. Jovis responsum. Quasi dicat: esse tantum, minus bonum est, quam esse bonum.

151 *CUI PRÆCEPTOR ERIT CHIRON*, &c. Chiron Saturni ex Phillyra filius. Huic, omnium Certaurorum justissimo, in monte Pelio habitanti Achilles à Thetide traditus fuit educandus. Quem ipse non tantum cithara perfecit & armis, sed etiam omnium disciplinarum & artium genere instruxit. Achillem dictum volunt ab a privativa particula, & χλωροῖς, id est, sine chilo: quoniam primò Chiron aluetit Achillem ursorum, leonum, aliarumque ferarum medullis; postea nihil ei ciborum porrigebat, nisi ipse Achilles venaretur si-

R

bil

bi feras , quibus vesceretur.

165 *CEU MILES* dirutus ære. Dirutum ære mis-  
litem dicebant antiqui , cui stipendium ignominiae  
causâ non erat datum , quod æs diruebant in fis-  
cum , non in militis sacculum. *Festus Pompejus.*

187 *ARCTOO ASTRO.* Stellæ illi , quam dici-  
mus *Norte.*

188 *OBSEQUIUM Magnetis*, &c. Nota est mag-  
netis lapidis virtus. *Magnes Lapis Indicus* , ab in-  
ventore sic vocatus : fuit enim in India primùm  
repertus. Omnis autem *Magnes* tanto melior est ,  
quanto magis cœruleus.

191 *HANNIBAL.* Inter Herœs famâ notissi-  
mos meminit noster Hannibalis , quia nostras fuit  
*ex matre Hispana genitus.* *HINC Alpes quassatae*,  
&c. Aceto maceratas rapes , & igni domitas de-  
num ferramentis amolitus est.

192 *TREBIA.* Gallæ Cittalpinæ fluvius , non  
procul à Placentia ex Apennino defluens , juxta  
quem Hannibal Lucium Sempronium ingenti cla-  
de profligavit. *Livius lib. 1. Decadis 3. Lucanus*,  
*lib. 2. Phars.*

..... *Quid non in Punica natæ*  
*Tempora Cannarum fuimus , Trebiaque juventus.*  
Non longè ab hoc fluvio commisum est primum  
ab Hannibale cum Romanis prælium : ubi Scipio-  
nisi filius , tunc juvenis , ut qui tunc pubesceret  
( qui postea Hannibale , & Poenis superatis , Afri-  
canus appellatus est ) patrem ad imminentem peri-  
culo liberavit , cùm in hostes incurrisset. *Livius*  
*ibid. THRASYMENE.* Thrasymenus , Lacus in agro  
Perusino , Hannibal's victoria , & Flamminii Con-  
su-

sulis clade nobilitatus. De his Ovidius 6. *Fastor.*  
*Sunt tibi Flamminius , Thrasymenaque litora testes.*  
Dictus à Trasumeno puero , quem ad hunc lacum  
Ægyia nympha dicitur rapuisse.

193 *CANNARUM.* Cannæ vicus Apuliae non  
procul ab Aufido fluvio , prope quem Hannibal  
Paulum Æmylium , & Terentium Varronem Con-  
sules maxima clade superavit , casis multis Roma-  
torum milibus : quorum ea strages fuit , ut Han-  
nibal tres annulorum modios in signum victoriae  
Cathaginem transmisserit. *Livius lib. 3. Decadis 3.*  
Vide *Lucanum lib. 7.*

194 *AUFIDUS.* Apuliae fluvius , in Hirpinorum  
montibus nascens : qui Venusium alluit , Horatii  
patriam : de quo ipse *lib. 4. Carm. Od. 9. Longè*  
*sonantem natus ad Aufidum.* Inde in Adriaticum ma-  
re sese exonerat. Huic flumini Cannæ proximæ.  
*Liv. ibia.*

207 *STYGIS.* Styx fons est ad Nonactin Ar-  
cadia locum : omnibus exitiosus ; utpote adeo  
frigidus , ut ejus potus statim enecet , ferrumque ,  
& as erodat , solaque mulæ ungula contineri pos-  
sit , cætera vasa frigoris vehementia statim dis-  
rumpens. Poëtae vero fabulantur , Stygem paludem  
esse apud inferos , occasione capta ex aquarum  
intensissima natura , ubi , aternis umbris devoti  
torqueantur.

214 *MORBIFUGUM bacchar.* Est Bacchar , seu Bac-  
car , herba celebris apud Poëtas. Radicem habet  
odoriferam. Ab aliquibus putatur nardus rustica.  
Despauterius foemini generis facit , male perpenso  
*Plinii loco , lib. 21. c. 6. Sed eorum quoque error cor-*  
*ri.*



*rigendus est, qui bacchar rusticum nardum appellaveret.*  
Idem in eod.lib.c.19. *Bacchar in medicinæ usu aliqui ex nostri Propensam vocant. Utrobiq Baccharem, dixisset, si esset muliebre. Docissimi semper hoc bacchar dixerunt. Quam sententiâ plurimis antiquorum exemplis roborat Vossius. Bacchar credebatur præsens fomentū ad depellendam fascinationem. Virgil. Ecgl. 7. v. 28.*

..... *Bacchare frontem  
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.*

217 *ARETALOGE* : Aretalogus : qui ridiculis sermonibus placere studet, & risum captat. Ab A'ρετῷ, id est, *gratus, placens*, qui fabellas, acroamataque auribus auditorum grata loquitur : proinde & nugatores, & garruli etiam eo nomine consentur. *Ex Turnebo. CERCOPITHECE*. Simia caudata. Plin. l. 8. c. 20. *Cercopithecus*, ait, *esse nigris capitibus, reliquo corpore pilo asini*. Dicitur à οὐρώψι, *caudatus*, & πίθηκος, *simius*, vel *simia*.

220 *PUTIDUS HIC*, &c. Adulatorem quemdam intelligit : quem acriter pungit, quod iniquissimo Domino fuerit immodec assentatus, & quidem sine retributione.

221 *POL!* Id est, *per Pollucem* : antiqua apud Ethnicos jurandi formula.

223 *DACARMEN*, &c. Respxit ad illud Claudiani.

*Carmen amat quisquis carmine digna gerit.*

226 *MOEVUS, ET CODRUS*, &c. Nomina quorundam Poëtarerum veterum : sub quorum nominibus recentiores carpit Hispanos Poëtas.

228 *SED SUMITE Tbraces*, &c. Sugillat sacrilegam, & audacissimam Psaphonis ambitionem (& in illo ipsius sequaces) qui ratissimis fraudibus, ut Deus

Deus haberetur obtinuit. *Tbraces* Homines ex Thracia Europæ provincia, olim celeberrima, quæ nunc Romania à nova Roma, scilicet Constantinopoli, dicitur. Dicta autem est *Tbracia* à Thrace Martis filio.

229 *ODRYSII*, &c. Populi Thraciæ. *CILICES*. Ex Cilicia minoris Asiae regione, à Cilice Agénoris filio, Cadmi fratre, qui eam incoluit, sic dicta. Illam duplēm facit Strabo, *campestrēm* scilicet, & *asperam*. *NUMIDÆ*. Populi Numidiam Africæ regionem incolentes : iidem Nomades dicuntur, de quibus superius diximus. *ARCADES*. Arcadia Peloponnesi regio pñè mediterranea, à mari scilicet semota : dicta ab Arcade Calystus nymphæ filio, cum antea Parrhasia diceretur, variisque aliis nonibus. *Vide Cosmographos. BRITANNI*. Britannia insula in Oceano septentrionali, omnium, quæ Europæ adjacent maxima : dicta à Britone rege, cum prius *Albion* diceretur ab albis montibus, qui ad eam navigantibus primo apparent. Alii à *Brit* derivant, quod olim *rem depictam significaret* : eo quod ejus incolæ ora colore aliquo notare solerent : unde Martialis lib. 14. Epigr. 104.

*Barbara de pictis veni Bascauda Britannis.*

231 *DUMMODO psaphonem*, &c. Fuit Psaphon vir quidam in Libya, qui divinitatis opinionem affectans, quamplurimas aves cepit vocales, quas docuit hæc verba sonare : μέγας ἥεις ψάφων : id est, *Magnus Deus Psaphon* : atque ita edocetas emisit : quæ idipsum, quod didicerant canebant. Inde Lybes hu jussu commenti ignari, Psaphoni rem di-



vinam facere instituerunt in deorum numerum re-lato.

235 **EÆOLUS**, ventorum Deus. **ENNOSIGÆUS**, Neptunus. Dictus *Enosigeus* ab *erba concutio*, & *xaia, terra*, quod terram undis concutiat. Poëtae in geminant metri causa. *Juvén. Sat. 6.*

*Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigaeum.*

236 **ARCTOAS PLAGAS**. Boreales, seu septemtrionales.

237 **EOASVE**. Orientales. *H'æs*, Aurora, inde *H'æs*.

241 **CONCESSURA LOCUM**, &c. Nero, ut palatia sua spatioius ædificarentur, horrea quædam propinqua, quæ faxeo muro constructa erant, bellicis machinis demolitus est. *Martialis de his Pa-latiis Epig. 2. Unaque jam totâ stabat in Urbe domus.*

247 **VERTUMNUS**. Hortorum deus creditus, à vertendo dictus, eo, quod ei in varias figuras sese vertendi facultas fuerit. *Ovid. 14. Metamorphos.*

250 **NEREIDUMQUE CHORUS**, &c. Nereides, Maris nymphæ; Nerei, & Doridis filiæ. **TRITON**. Neptuni tubicen.

265 **ODERIT**, ET TREPIDET POPULUS, &c. Tyranica vox, quam multi si palam proferre non audent, opere complent.

276 **CRUENTI SYRMATIS**. Syrma vestis, qua tragœdiarum actores utebantur. Sumitur pro ipsa tragœdia.

277 **COTHURNI**. Calceamentum, quo calciantur tragœdi, qui in theatro dicturi erant, & alta, intonantique voce carmina cantaturi. *D. Iſa-*  
*do-*

## 2D TERTIAM SATYRAM. 229

**dorus**. Est igitur *cotburnus* calciamentum in modum crepidarum, quo herœs utebantur, sed tale est, ut in dextro, & laevi conveniat pede: Inde ortum adagium in parum constantem: *Versatilior cotbur-*  
*no*. Vid. Erasm.

278 **SPONTE SUA**, &c. Frequentissimè celebra-tur à Poëtis vis Orphei cantus, quo sylvas ageret cum saxis ipsis. Hæc optat noster, in malos obruendos tollerentur.

280 **RHODOPEIA TELLUS**. Thracia, ubi Rhodope mons notissimus.

286 **ANUBIS**, &c. Ægyptii non solum ex omni bestiarum genere Numina faciebant (*Cicero 3. de Nat. Deor.*) sed etiam hominibus, quos deos consecrabant, bestiarum tribuebant vultus. Fuit Anubis satelles Osiridis, & Isidis. Hunc inter Deos relatum humano corpore, & canino capite fixerunt, adumbrantes, Regem fidâ custodia servasse: venatorem fuisse; & Isidi gratum in investigandis, velut nare sagaci Osiridis membris à Typhone fratre laniatis. Illi se comparat vates ob latratus in vitia, eadem de causa, qua Cynici Philosophi caninum nomen usurparunt, à Græco κυω', ut jam diximus.

NO:





## NOTE

### AD SATYRAM QUARTAM.

**Ver. 1. PYRRHONEM, &c.** Pyrrho Elidensis Philosophus (à quo Pyrrhonii dicti sunt, quos Græci συνπτυχ' ει, id est, consideratores appellant) nihil omnino decernebat; sed in quaerendo semper, & considerando erat.

**6. INTEGER est Pyrrho, &c.** Rejicit Poëta integrum Pyrrhonem, hoc est, ipsius absolute doctrinam; & ait: huic aceto miscendam esse aquam, ut minus acerbum reddatur: hoc est, medium viam tenendam.

**8. SUNT RES, &c.** Aperit Poëta sententiam suam, edocens, non credendum esse omnino rerum apparentiis.

**11. SOL ORIENS, &c.** Pulcherrimè describit Mane, solis splendorem præcipue commendans, ut mox ejus maculæ mirabiliores apparent.

**30. NAM SI OCULUS, &c.** Solis exemplo firmat, nullam rem esse illud, quod esse videtur. Fulgentem, ait, cernimus; sed in illo inveniuntur à recentioribus maculæ nigerimæ ope tubi optici. Inventum hoc laudabile admodum: nam illo juvante, divinorum operum

ap-

### AD QUARTAM SATYRAM. 131

apparet magnitudo, mentesque nostræ in sapientissimi Authoris rapiuntur contemplationem. Eximus Galilæus Galilæi tubi optici adminiculo exactam Lunæ condidit mappam, ubi Insulas, Maria, & Continentes orbis Lunaris explicuit.

**31. NEBULAS TURPES, &c.** Loquitur de maculis in Sole deprehensis. Doctissimi recentiores maculosum observarunt. Athanasius Kirker, qui vel unus eruditioem sapientissimæ Iesu Societatis ad sidera tollere potest, Iconem Solis obscurissimis nævis refertam exprimit: quæ si conseratur cum imagine ignis centralis, quam in suo Mundo subterraneo similiter pinxit; aut nullum, aut parvum discriminem inter Solis, & Barathri faciem apparet. Ita etiam omnes observatores.

**34. FOEMINEUM retinet, &c.** Comparat mutabile Veneris (utpote foeminæ) ingenium cum sidere ipsi dicato: quod in sex variatur aspectus.

**38. CREDIS Apollineo, &c.** Afferit, Saturnum non illuminari à Sole; sed à quinque satellitibus, seu stellulis aprimè micantibus, quæ propter Saturnum parvos gyros peragunt. Hujus sententiæ fundamentum, quod cum quinque illi satellites superiores Saturno vagentur, inferior illius Planetæ facies obscura omnino appetatur: quod non accideret, si Saturnus à Sole illuminaretur.

**48. ARCTOI signa, &c.** Afferit etiam, duas Arctos, sive Ursas ad Polum veluti fixas, majorem gyrum perficere, quam solem ipsum: & falli qui eas immotas judicant. Circularis illarum motus non deprehenditur, quia ad latus Mundi pererrant:

S

&amp;

& in incomprehensibili distantia occultatur.

49 *SIDONIAS* Proras, Grajasque, &c. Antiqui nautæ observabant has stellas. Sidonii unam, ut sam minorem scilicet, quam Cynosuram dicunt; elteram Graji, majorem videlicet, quam Helicen vocant. De quibus Ovidius 3. Fastor.

*Esse duas Arctos, quarum Cynosura petatur  
Sidoniis: Helicen Graja carina notet.*

54 *LATTANTES* Mundos. Mundos vocat sidera ob rotunditatem, Terraquo Mundo similem, Putat enim in mirabili, & incomprehensibili stellarum multitudine esse alias compactiones globorum veluti Terræ, & Planetarum, quorum aliqui circa aliquem, veluti ipsorum gyrorum centrum, moveantur.

58 *CÆTERA mille modis*, &c. Ait, nos mille modis in cœlestibus cœnire. Ex qua materia sunt Astra nescimus. Doctiores ob alterationes, quæ in Astris observantur, credunt, omnia ex elementari materia facta esse, & à nostris differre accidentali tantum propter purissimam Universi altitudinem, in qua collocata sunt. Illorum motum etiam ignoramus. Quod patet ex varietate sistematum. Eorum magis nota sunt Ptolemæi sistema, & aliud à Copernico injustè renovatum, & sistema Ticonis Brahe, quod prudentiores, & cum illis Author nosser in suo de Rège Alphonso Poëmate sequuntur. Tico enim tollit difficultatem contradictoriam, quæ in Prolemæo inveniebatur circa epicyclos, & alia. Plura de hoc dici possent; sed in brevitate qua innotis tenemur, violentum, & fastidiosum fotet omnia percurrere.

61 PROS

64 *PROXIMA*, &c. Ait, etiam Elementorum faciem, quamquam nobis proximam, nos fallere. Communiter asseritur, illa suas separatas spheras habere: & odia exercere, cum amica sint, & perpetuo officiosoque nexu se diligent in Orbis utilitatem.

70 *HINC Animæ innumeræ*, &c. Animæ, id est, vita: hoc enim vox anima communiter significat apud Latinos. Ita Poëta animas dixit inumeros viventes, qui ex naturæ, & Elementis indito vigorè prodeunt, & generantur.

72. *IN SESE assidue*, &c. Plato in Timæo. Πρεστον μὲν εἰ δῆ τινα υἱόντως ὡνομάκαρη πηγαίνουσιν, αἱς θόκουμεν, λίτους καὶ γῆν γεγνόμενον οὐρανού. πηγαίνουσιν δὲ αὐτὸν οὐρανόντως. Κατον τέτοιο, πυλῶμα καὶ αἴσχη· συγκατέντα δέ τινα αἴσχη, καὶ πυρ ανάπταιντι συγκριτέντεν, οὐχί βεβαῖτεν, εἰς οὐδὲν τε αἴποτε αὐτὸς αἴσχη, πυρ. Οὐ πάλιν αἴσχη ζωιόντας καὶ πυκνόμενον, νεφέλα καὶ οὐρανός, Πρimum igitur illud, quod nos aquam vocavimus, dum concrescit, ut quidem nobis videtur, lapides, & terram fieri videntur, dum liqueficit autem, & dispergitur idem ipsum spiritum & aërem: si exarserit, ignem: & contrā; si coaluerit, & extinctum fuerit, in aëris formam rursus redire, & rursus aërem, si cum igne conveniat, nebulam, & tenebras, &c.

82 *FORMA cessante*. Rectè cessante forma dixit; non, pereunte vel moriente Mundo (ut nonnulli putant.) Incongruum, & alienum divinæ bonitatis est odio habere opera sua, ita ut illa ad nihilum redigat. Nihil creavit Deus, quod non conservatus sit in æternum, juxta illud Ps. 148. *Ipse dixit*.



*O factu sunt . . . Statuit ea in eternum , O inse-  
culum seculi. Ignis ille novissimus , quo mundus  
noster ab humana contagione purgabitur , illum  
defæcabit , non tamen consumet : Nam Mundus  
existet , quamvis alia ratione , veluti unum ex  
astris , aut alia forma.*

83 *UNDA , Aër , Tellus , &c. Ignis hic ulti-  
mus notus fuit , & creditus etiam ab Ethnicis ,  
qui plurima de Sacris libris usurpabant. Lucanus  
lib. 7. Pharsaliæ v. 812.*

*Hos , Cæsar , populos si nunc non userit ignis ,  
Uret cum terris , uret cum gurgite Ponti.*

*Communis Mundo supereft rogos . . . .*

86 *VIVACESQUE artus , &c. Quia non inter-  
ituri ; & cädem de causa vitalem vocat Orbem.  
Minimè sequens , quod multi dixerunt : omnes  
scilicet sphæras vivere. Ovid. 15. Met.*

*. . . . Sive est animal tellus , & vivit , babetque  
Spiramenta.*

88 *QUID de seminibus , &c. In Timæo Pla-  
toniano legitur , divinum Mundi Plasmatorem in-  
fudisse stellis partem animæ universalis , veluti se-  
mentem , & cessisse diis inferioris ordinis , ut hanc  
conjungerent cum corporibus. Alia plura de hac  
re addit , quæ illuc videri possunt. Homo enim ,  
licet magna mentis , divina luce non præventus ,  
incongrua multa recte dictis admiscet. Eodem mo-  
do Pythagoras , & alii , qui à nostro dicuntur Sa-  
pientia veteris chartæ.*

96 *LATERNAM Cynici , &c. Notissimum est ,  
Diogenem , relicto dolio , & accensa laterna in-  
cessisse per ingentem hominum multitudinem , &  
cùm .*

## AD QUARTAM SATYRAM 135

*cùm , quid quereret , rogaretur , respondisse , qua-  
tere unum hominem. PLUS NITET ILLA ; id est ,  
plus splendoris habet nunc apud doctos Laternam  
illa ob hanc philosophi Satyricam reprehensio-  
nem , quam tunc oleo.*

98 *FRUGIBUS Argivæ , &c. Oleum vocat fra-  
gem liquidam Argivæ Minervæ : quia hæc dea in-  
ventrix fuit olivæ , & colebatur , velut propria  
dea à Græcis.*

107 *ONAGRI. Asini Silvestres , ab o' , &c. , Asi-  
nus , & αγριον , Silvestris.*

119 *OBVIUS Æmon , &c. Subsannat vanos ,  
qui divites volunt videri , & ut coram populo lauti  
videantur , seipso domi fame cruciant : Ubi notan-  
da frequens , & arguta Paronomasia , & Antithe-  
ta : non edit , & edit , fama famæ , fumus , & fu-  
mosus.*

132 *REPARATI Viscera vermis. Serica texta ,  
quorum materies exit ex visceribus bombycis.  
Vermem reparatum vocat , quia more Phœnicis  
ex verme fit ales , & ex alite iterum vermis. Res  
mira , quam ex usu jam non miramur.*

144 *TALIBUS O nunquam , &c. Hispaniam  
laudat magnis virtutibus , & avorum eximiis mo-  
ribus præclarissimam.*

146 *IGNIBUS ambustos , &c. Notissima est  
traditio , artis sic quondam montes Pyrenæos ; &  
inde fluxisse fusile aurum , argentumque.*

153 *EST FRUGUM , Pecudumque ferax , &c.  
Ex ubertate laudat regionem , & maximè , quia  
homines producit pios , & pietate heroicos : He-  
rões etiam nullis postponendos manu , id est , bel-  
lo ;*



lo: infingesque innumerabilibus, & mirabilibus  
Mavortiis facinoribus; nec non cultissimam etiam,  
& quæ artium præstantia omnes Europæ gentes  
facile antecellit.

155 NON aliter, &c. Comparat Hispaniam,  
summa semper, & maxima anhelantem cum aquila,  
quæ cælum petit.

161 LIBERA nunc vati, &c. Rogat eamdem  
Hispaniam, ut inter tot meritos plausus, ob tan-  
taque egregia patrata facinora concedat vati li-  
centiam jocorum, quæ permittebatur (permittaba-  
tur enim) in antiquis Romanorum triumphis: qua-  
liter illud, quod joculanter in Cæsariano triun-  
pho canebant milites: *Cæsar subegit Gallias, Nico-  
medes autem subegit Cæsarem.*

163 EXCIDAT (beu!) Libera verba, quæ Va-  
tes rogarbat, sunt: in memoriam Hispanis revo-  
care, ne obliscantur antiquam stragem, in qua  
Rodericus ultimus Rex Gothorum victus apud flu-  
vium Cuadaeten Hispaniæ luctuosissimas & semper  
lacrymandas intulit calamitates.

165 ULTIMUS ILLE. Rodericus, cuius his-  
toriam latius prosequitur.

170 NOBILIS HORTARUM, &c. Memorat  
amores, & stuprum Roderici, unde originem du-  
xere Hispaniæ calamitates, nunquam pro merito  
tatis deplorandæ.

199 BOCCHI ambigi, &c. Ambiguum vocat;  
nam Bocchus in bello Jugurthino diu anceps fuit, se-  
cùmque consuluit, utrum Jugurtham Syllæ, an Ju-  
gurthæ Syllam traderet. Vide *Sallustium in Bello Ju-  
gurthino prope finem.*

207 DE-

207 DEBUERANT portenta, &c. Ait Poëticè;  
debere Superos variis portentis aperire Hispaniæ  
damnum futurum, sed non fecisse, quod omen non  
invenerint par tantis cladibus.

228 TANTUM ERRANT, &c. επιφεύγει.

236 ECCE revertentes. In meliorem frugem re-  
versi mores, nacti sunt novos triumphos, quos  
æternos efficiet permanens æterna in Hispania  
Virtus.

238 HÆC super, &c. Finem Satyris imponit  
Yates, quia senex.

256 SIC cum se stupit, &c. Comparat, se ad  
astra evehundum post confectam ætatem, cum na-  
vigantibus, quando hilariter ad portum redeunt.

257 LIGUR. Christophorus Columbus, qui sub  
auspiciis Regum Hispanorum Novum Mundum inve-  
nit; seu nunquam veteri Mundo notum, seu jam  
oblitum. ACER: quia notabiliter, & strenuè con-  
stans. LIGUR ex patriæ nomine. Sunt duæ Liguriæ.  
Altera interior, quæ in Apenninum septentrionalem  
excurrit, & Pado fluvio terminatur. Altera littoralis,  
& ad Meridiem Lygustico mari contermina.  
Ex hac Columbus.

259 SIC RATE, &c. In navi illa nomine *Victo-  
ria*, qua Joannes Sebastianus Cano, natione Canta-  
ber, universa maria percurrit. Unde meritò perlus-  
tratum Orbem in stemmate depinxit, uni sibi dicen-  
tem: PRIMUS CIRCUMDEDISTI ME.

269 TUNC VOS PIERIDES, &c. Mandat Mu-  
sis, ut ipsius funus eximiè curent.


280 ADJACET HERCULEO, &c. Describit  
parvam insulam fluvii nostri, in qua tumulum opta-  
ret sibi constitui.

294 ALI-



294 *ALITE MÆANDRI.* Auguratur, cadaver suum in Cycnum mutandum. *Alite Maendri* dixit; quod Mæandri fluctus à cycnorum multitudine natentur.

279 *EMERITAM SUSPENDO CHELYN.* Æternum dicit Vale Musis, & Versibus.



## POETÆ VITA,

PER MARTINUM THOMÈ DAS  
Neves, Humaniorum Literarum, & Cano-  
nici Juris in Salmanticensi Academia  
Professorem.

CUM saepe mecum voluntarem aliquorum Authorum notitiam nobis desiderari, & exactam, Scriptorum negligentia, haberi non posse, operæ pretium me fakturum esse putavi, si Equitis Francisci Botelho de Morães & Vasconcelos conscriberem vitam, Satyris apponendam. Ne tanti Poëtæ Patria, & Parentes, ne etiam quomodo, quibusve locis æstatem egerit, posteris ignoretur. In hac retractanda, non pauca feligam ex documentis juridicis apud Authoris Consanguineos servatis, & à me perlectis; utpote qui in eadem regione in qua Botelhus, & illi p-

ne

ne popularis, natalem habui. Alia afferam quæ a Nobilibus & apprimè veracibus Viris accepi; & alia quæ Salmanticæ, meo aliquorum annorum incolatu ipse cognovi.

Natus itaque Lusitanus Poëta noster in oppido Turri de monte curvo, Transmontanæ Regionis, vulgò *Torre de Moncorvo*, da Provincia de *Irajos montes*. Manifestum sanè exemplum, in parvo & tenui oppido magnos Homines nasci posse. Vel, ut cum Juvenale loquar:

*Summos posse Viros, & magna exempla  
daturos,*

*Vervecum in patria, crassoque sub aëre  
nasci.*

Poetæ nostri fuit natalis postridie Nonas mensis Augusti, anno Domini millesimo sexcentesimo septuagesimo. Patrem habuit Franciscum Botelho de Morães, Matrem Beatricem de Vasconcelos Sarávia.

Franciscum Botelho de Morães, Poetæ Patrem, progenuit ex Elisabeth Coelho, legitima Conjuge, Paulus Botelho, in militari Christi Ordine Eques; qui in bello pro patriæ libertate suscepto Tribunus militum acies & fera prælia optima cum laude sequutus est. Beatrix de Vasconcelos Sarávia, Authoris Mater, filia fuit Antonii de Amaral Amado, Prætoris oppidorum *Freixo de Nêmam*, *Horta*, & *Touza*, ejusque conjugis Beaticis Sarávia de Vasconcelos. En Poetæ Parentes & Avos. Nunc illos tantum referam, unde Botelius assumptis cognomina.

Cognomen *Botelho* Poetæ nostro descendit ex  
T  
quar-

quarta Avia , Maria Botelhō . Hæc ex utrōque parente soror fuit Didaci Botelho , Emmanuelis , Regis Lusitanorum , Consiliarii . Qui ex hoc Dida-  
co , virili propagatione , trahunt originem , sunt temporibus nostris regni Dynastæ , vulgo Grandes do Reyno .

Cognomen Moræs habet Poeta ex Atavo suo Fernando de Moræs , Primicerio ( vulgo Secretario de Estado ) Philippi Secundi , Hispaniarum Regis . Fuit hic Fernandus , quartus nepos Stephani Mendez de Tavora , qui oppidi Vimioso dominium habuit , cum jurisdictione meri & mixti imperii , & originem ducebat , virorum continua successione , à Ramiro secundo , Legionis Rege .

Cognomen Vasconcélos habet per Matrem , quartam neptim Alvari Eanes Taváres ( trahebat hic progeniem a Petro Viégas de Taváres , a quo etiam Duces de Lafoens , & Marchiones de Artonches ) & Mariæ Mendez de Vasconcélos , cuius Avus Gundisalvus Mendez de Vasconcélos fuit Maximus Præfectus arcis Aquarium Flaviarum , vulgo Alcayde mayor de Chaves . Lineas alias Regales & nobilissimas vides apud Poetæ Consanguineos .

Prima ætate , Matritum Hispaniæ Metropoli Botelhus commigravit . Apparuit ibi strenuitas Lusitani Ingenii ; nam Literis deditus haud multo tempore in quolibet disciplinarum genere sese præstantissimum exhibuit . Sed præcipue in Poeseos facultate ; quæ illi ( non patum ad id conferente morum indole generosissima ) tam fideles amicos , quam Mecœnates amplissimos conciliavit . Inter quos Joannem Thomam Enriquez de Ca-

bret-

brera , Maris Præfectum , vulgo Grande Almirante de Castilla , nec non & Antonium Martinum de Toledo , Albæ Ducem & pariter Joachimum Ponce de Leon & Lancastre , Ducem Arcobrisca .

Matriti vixit Poeta , donec Lusitaniam inter & Castellam bello ingruente , in partiam rediit . Quò etiam paucis post diebus pervenit Joannes Thomas Enriquez de Cabrera ; qui Ulyssiponem ( nam Caroli partes fovebat ) illac pergens , invisit Patrem Botelhi , per honorificæ consalutationis gratia . Audi verba quæ suo coram comitatu , & oppidi præcipuis , Authoris Patrem alloquens Præfectus Maris protulit ; Ulyssiponem bac iter faciens , ultra progreedi nolui , quin prius domum cernerem & colerem , in qua maximum Ingenium Botelhus in lucem editus est . Hinc Joannes Thomas , cumque illo Poeta noster Ulyssiponem petiere . Deinde aliquo tempore interjecto , Carolum qui postea Germaniæ fuit Imperator , & tunc Hispaniæ Rex dicebatur , & Petrum Lusitaniæ Regem ad exercitum contendentem , Hispanus Maris Præfctus , & Poeta noster comitati sunt .

Ubi ad exercitum , qui in Regione , quæ Beira dicitur , castra fecerat , pervenere , iussit Rex Petrus ad fluvium Aguedam castra movere . Quò ubi ventum est , Ductores agmen explicuere , cum hostibus , qui transitum occupaverant , si Rex ad ulteriorem ripam transgredi jussisset , pugnaturi . Botelhus , quamvis miles non erat , arma tamen capellens , cum cæteris ( si forte pugnaretur ) contra hostes stetit . Hoc tempore supremus Ductor Castellani exercitus murales machinas in Lusitanos

142

nos exerceri jussit. Cumque ferreus globus prope Botelhum cecidisset, & illum globi impulsu terra in altum prossiliens pulvere conspersisset, Tribunus militum Poetam rogavit ut in tutorem locum se transferret, nec tanto periculo subjaceat vellet. Poeta pro bona erga se voluntate Tribuno gratias egit, locum tamen non mutavit. Postea Rex Lusitanus transitu desistens, jussit aliò castra movere. Et ipse (Botelho & aliis comitibus) Ulyssiponem profectus est.

Mortuo Petro secundo, Joannes Quintus, Petri filius & in regnis successor, Poetam Christi militari insigni decoravit; assignato congruo censu in commendato *Divi Petri de Felgosinho*. Hæc sunt aliqua ex verbis, quæ in Regali diplomate continentur: *Attendentes, Franciscum Botelho de Moræs & Vasconcelos composuisse Regis Alphonsi Poema, nobis dicatum, simulque scientes, esse de præcipua Nobilitate Transmontanae Regionis, &c.*

Desiderabat Poeta plures terras videre. Ideoque Ulyssipone navem concendit, Romam navigaturus. Ubi Romanum tenuit, in Collegio Congregationis Missionis hospes, seu, ut illi dicunt, convictor, commoratus est. Familiaritatem habuit cum Principibus Civitatis, quibus tum morum generositate, tum doctrina, & suavi eloquio gratus fuit.

Arcades (sunt hi celebres illius Civitatis Academic) Botelhum in eorum numerum adducere tentarunt. Eo tempore Arcades erant inter se discordes. Ideoque Poeta illorum societatem iniuste renuit. Et respondit illud ipsum quod Cæsari

Maſ.

143

*Massilienses; nempè hos Lucani versus:*  
*Accipo devotas exteras in prælia dextræ;*  
*At si funestas acies, si dira paratis*  
*Prælia discordes, lacrymas civilibus armis*  
*Secretumque damus. Tractentur vulnera nullæ*  
*Sacra manu. Si Galicolis furor armis dedisset,*  
*Non tamen auderet Pietas Humana vel armis,*  
*Vel votis prodeſſe fovi.*

Postquam Romæ aliquot annos egerat, litteras accepit, quibus nuntiabatur, illius Patrem morti occubuisse. Hac de causa in patriam profectus est, animo Romam & ad idem Collegium revertendi, simulac ad res legatas manum mittet. Ipse legi Rectoris Collegii permisum in scriptis; in quo, postquam dictum est, Botelhum Collegio exire animo redeundi, hæc sequuntur: *In quo libertissimè admittetur, attento, quod ibidem, laudabiliter vivendo, cunctis morum probitate, animi pietate, ceterisque virtutibus exemplo prælaxit.*

Ob aliqua tandem obſtacula, Lusitania excedere non potuit. Immò in Ulyssiponem concessit. Sed cùm (ut noster ait) *Virtuti umbra sit invidia*, ibi Poetæ nostro æmuli non defuerunt; qui, quoniam famæ ingenii obſtare non poterant, quomodo illius personæ nocerent, animo impensè volutarunt. Ea tempeſte erat Ulyssipone quidam Homo, qui cujusvis characteres mita similitudine imitabatur. Hic ergo quæ Poetæ literis assimilarentur, literas inscripsit, quibus Poetæ æmuli illum perdere tentarunt. Poeta quamvis ex calunnia liber evasit, vitam tamen inter infidiosos Homines non agendam putavit. In Turrem de monte



te curvo tranquilitatis ergo se recepit. Nec opa-  
pidum, sed villam incoluit, quam morte Patris  
in hereditate habuerat; in eaque vixit; donec  
Salmanticam, ut *Alphonsi Poema typis mandaret*,  
iter fecit. Et cum illi Civitas placuisse, in ea  
senectutem agere constituit. Ubi a Proceribus, &  
Viris doctissimis consalutatus, tandem Regalis Ma-  
triti Academiæ (Academicis ita poscentibus) fac-  
tus est Academicus. Et Salmanticæ robustus vi-  
vit anno Domini millesimo septingentesimo qua-  
dragesimo primo.


Composuit Botelhus, Hispana lingua, duo  
magna Poemata epica; unum de *Rege Alfonso*,  
*Lusitani Regni Conditore*, alterum de *Novo Orbe*.  
Composuit etiam, soluta oratione, & Hispana  
lingua, *Satyricon, seu jocosam Historiam de anili fa-  
bellæ Speluncarum Salmanticensium*. Postremò in lu-  
cem edidit hunc Latinum Librum *Satyrarum*. In  
quibus utrum veteres Satyricos excellat? consule  
*Doctorem Joannem Gonzalez de Dios*, virum erudi-  
tissimum, in *præfatione ad Satyrarum Notas*.



### EL IMPRESSOR A LOS LECTORES.

**H**ABIENDO llegado à mi mano una  
copia d'estas Satyras, i pidien-  
domelas de varias partes, me resolví à im-  
pri-

primirlas por mi cuenta. Ya me había  
dado *Don Martin Thomé de las Néves* el  
papel Latino que puse aqui despues de las  
Notas. Tambien me había constado que  
el mui docto Jesuíta *el Reverendissimo Lo-  
renzo Patricio*, primer Maestro de Rhetórica en su Colegio de Coimbra, escri-  
bió en nombre suyo, i en nombre de su  
Colegio, una Carta Latina de aplausos al  
Caballero Don Francisco Botelho. Hice  
diligencia para coger esta Carta; mas no  
pude conseguirla. Dicenme que Don Fran-  
cisco la quiere imprimir quando sea él  
quién haga la impression. Por ahora tu-  
ve por conveniente declarar estos mo-  
tivos, para hacer notorias mis aplicacio-  
nes en dar gusto al publico. Y espero que  
los Eruditos me lo agradecerán.





UNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA  
GREDOS.USALE.S